



RILEGATORIA
F. GIANNINI
NAPOLI
Via Toledo Maggiore, 17

ARMY MEDICAL LIBRARY
WASHINGTON
Founded 1836



Section Incurabula

Number 312432

GPO 3-10543

Form 113c, W. D., S. G. O.
(Revised June 13, 1936)



8200

44 cc. senza numerazione ne in
obliqui - Completissimo -

Hain 6585 senz vederlo -

Reichling I 140 citandolo di 46
Carte ma certo senz averlo veduto!!
Fora e Bresciano citando con Carte
di Boncke!

Il semplice della Società di Storia
patria napoletana è perfettamente
identico al presente -

All'Indice in fine si vede appo
dere che è perfetto e se si vuole far
diventare di 46 cc. occorrerebbe mettere
una avanti ed una in fine!

Il semplice della Nazionale non l'ho
veduto ancor -

1979

Elysius (Johannes)

De mirabilibus curatis

Pulverum

6585

Handwritten: Handwritten

Handwritten: 6690

Handwritten: 9119

Le prime cc. dono

in repertorio

1475.

editor: Accoltus de Arctis, Franciscus de

6/1, 1933. Erroneously ascribed to Elysius by Ham. The work of Elysius published in Collectio de balneis (Venet. 1553) seems an abstract of the present work. J. Mayer



Leaf [1] (blank) missing



RESEARCH FOR CONTEMPORARY

Journal of
Economics

[1] (blank) missing

Libellus de mirabilibus Ciuitatis Putheo-
lorum et locorum vicinorum : ac de nomi-
bus virtutibusq; balnearum ibidem existen-
tium : Et primo ponitur epistola clarissimi
Francisci aretini : ad Pium pontificez maxi-
mum : Cui prius Eneas de picolominibus
nomen erat

e Voluenti mihi quedam libroruz
volumina : Pie pontifex maxi-
me : et animum laxandi gratia co-
dices illos perquirenti : repperi
hoc opusculum : Putheolarum regionuz
admirabilium profecto virtutum : quas in
aquis implicitas ac latentes sanctitas tua le-
gendo plane inspicere poterit : Illas enim
tue sapientie dicendas putavi : q; te sentio ta-
ta iocunditate leticia : ac summa restaurandi
naturam voluptate his in balneis delectari.
Enimvero putheolos petere : si tuā aliquā
do celsitudinem non tederet : ob eius singu-
larem aeris temperiem : et salubres aqua-
rum ipsarum virtutes : maxima temporum
diuturnitate morari . et illic degere nunq̄



312432

defatigari crederē vero q̄tum ex industria
potui gratissime pater inter ceteras virtu/
tes illas ac pprietates . que a cōplurib⁹ hui⁹
seculi celebrātur . nulle veriores aq̄rū ista
rum sentētie : q̄ mihi ex presentia vise sunt .
Sed cū ea pbare attingā : que in libello cōti/
nent . ad philosophorū ingenia poti⁹ specta
re videant . Vellē a maliuolis qui sese odio
vel inuidia mouere solent maledicentia et
eorū loq̄tate cōprimi . qm̄ talem tetigeriz
puinciam : et aliena me contra omne officiū
arma sumpsisse pfiterentur : huic ratus ma
ledicentie respondere . Materies quidem
ipsa philophica et de summa philosophorū
pte primū est dissumpta . Hominē postu/
lat : qui mature ocio fruat . et Iris q̄ diligen
tissime det operam : longe q̄ ab illuue absit
paupertatis : ac graui rerū familiarū cura : et
nō philosophice artis solū : Verū etiā vniū
cuiusq̄ periti : q̄ si comēdare q̄ saltē conet :
que nō intelligit videat verborū solūmodo
vt puer sequi potestates . rare ipsa interdū
solet plurimū aberrare : Quod q̄ cū animo
volueri q̄ honesta res esset : q̄ vniuerse rei

publice inuentio fortis vtilisq; q̄ tibi grata .
fret⁹ etiā spe tue beatitudinis nō pua . ex qua
virtutū et optimarū artium imitatores mi
ris quippe laudib⁹ ac premiis extolli solēt .
Suscepi rem ea conditōe : vt tandē in publi
cum p̄deat . tuo sane pio nomini dedicatum
Si qd in eo opere sanctitati tue gratū inue
ris atq; vtile : Inuētori primo atq; auctori
gratias agas et habeas . si libitū fuerit : illo
iam dudū absente : mihi referas : Quod au
tem rephensibile in eo esse p̄spexeris : infir
me ac fallaci mortaliū oīū experientie depu
tes : Cū enī in eo titulū auctoris nō inuene
rim : nec a quo neq; vbi liber edit⁹ sit : ad tu
am beatitudinē op⁹ dicari volui : ea potissi
mū causā : et pauca hęc p̄posuisse non iniuri
am arbitratus sum . .

Et quia post editōem libelli p̄ dictū francis
cum Aretinū plura alia cōperta sunt : vt sin
gularū melior noticia haberi possit : eadem
huic libello adiūcta sunt in maiore fide scrip
torū p̄eūdē : Que idē edidit : vt ex balneis in
firmi sanitatē acquirere possent : Et q̄a balnea
acuūt et puocāt humores dicit : nūq; ad bal

nea eundum : nisi quis prius purgatus fue-
rit et infra scriptas subiungit regulas : quas
in fine sui libelli posuit : hic autem prepo-
nuntur :

Cum ad balnea veneris : dimitte turbatio-
nes : & iras animi : opantur enim balnea p-
alacritate : sicut artifex per instrumentum
Non intres balnea : nisi de gestione pfecta :

Non comedas nec bibas in aquis. nec post :
nisi refrigeratus : ne attrahatur indigestum
& fiat oppilatio :

Comede in balneis bonos cibos : et infirmi-
tati tue concessos : ne dum malos humores
eucius peiores generes :

Dum in balneis es : a frigoribus & ventis
caue :

**Vino utere bene limphato . vt sitim ex-
tinguas :**

Semel tantuz balneeris in die : ne mpta eua-
ruatio te debilitet :

Tantum intres aquas : q cooperiant hume-
ros : nisi vulnus aut plaga prohibeant :

In aquis cantarelli & solis & lune immerge

plagas :

Tantum moreris in aquis : quantum inci-
pras sudare in frōte : vñ q̄tū sine fastidio star
delectat :

Egrediens aquas : statim circunda te linthe
amine : et compone te in lecto prius para-
to : et bene cooperiaris . sustine in lecto su-
dorē : & somnū si venit

Cū sudaueris : paulatim et p̄ iterpositas mo-
rulas depone cooperimēta : et absterge su-
dorem : et nota bene

Bene vestitus reuertaris domū : et iterum
quiesce : sed non iterum sudes :

Nō delecteris in mutatione balnearū vnū
ex multis elige : quo vtaris

Dirige cursum balnei tui : vt aqua in mari-
sem per defluat : alioquin regulariter erit
frigida

Cum ba'neandus es : eice si potes totam a-
quam de balneo : vt noua et recēter surgen-
te vtaris :

Balnea sicut alia remedia operantur cuz tē-
pore : et ideo si nō statim curaberis : nō de-
speres : sed potius prosequaris :

Balneorum iuuamenta processu temporis
inagis senties : si deus voluerit :
Modo datis regulis balneandi et sudandi : ad
singula balnea descendendum est. et primo
de sudatorio

*Elysius
cf. collectio
de balneis
p. 209.*

Vdatoriū : Putheolos a Neapoli pe-
tens: cū medium vie prexerit : si pau-
lulū dextrorsum declamauerit: lacū iuue-
niet: piscibus ferisq; carentē: sed ranis y run-
dinib9 et serpentib9 abundantē: ad hui9 lac9
orā dom9 sita est opta testudine : In qua ex
hiatu terre copiosus et calidus fumus ema-
nat : hanc domūculā si quis nud9 intrauerit:
sentiet statim totū corpus in sudorē resolui:
et ob hoc sudatoriū dicta est: Sudor hic hu-
mores euacuat: corp9 alleuiat languidos re-
staurat: sanat y lia: vlcera interiora desiccāt:
podagris multum confert : Hęc eadem fa-
cit aq̄ vndecūq; sūpta: et hoc fumo calefacta
In hoc loco beatus Germanus Capuan9 episcopus animā Pascasii cardinalis inuenit: quā
historiam sanctus Gregorius quarto Dia-
logorum libro prosequitur :.

E - De bulla sudatoria

Vlla sudatoria in occidentē tēdēs : post
q̄ inter lacū et spinū montē transierit :
a dextris lacum : a leua viā qua putheolos in
de accedit̄ deserens : obuiā habet montē ar
dū ardentē : et continue fumigātē : quē fere
nō incolūt : neq̄ aues : Ad cui⁹ montis radi
ces infra cauernas terre magno cū fragore
aq̄ bullit : et ob hoc bulla vocat̄ : Hec aqua
parū ad supficiē exiēs : nō sine arte et indu
stria cōgregat̄ : s; mirabiliter emūdat caput
acuit lumina : purgat matricem : liberat in
guen : splenē curat et epar : Eadē dicunt̄ ali
enā aquā hic calefactā virtute loci efficere :
hic loc⁹ ob solitudinē aiantiu : ac surgētis fu
mi in neblas : & aq̄ feruētis terribilem soni
tum timorem soli facile incutit : .

De Astruno

Strunus : verte te ad septentrionē . &
parū stagnū circunda : occurrit tibi a
sinistris : mirabilis efficacie lauacrū : qđ a pa
tria denoiatum Astrun⁹ nomen accepit :
Hic duo sunt fōtes : s; aqua cadē reumatib⁹
et fleumatibus semp aduersa : q̄ cerebrū cō
fortat : leuis oculis subuenit : ginginas strigit

dētes roborat: fauces aptat: brācos ex reu-
mate curat: vocem sincerat: Si vuuia que
in gutture est ceciderit: ad locum reuocat:
pectus lenit: Appetitum incitat: Stoma-
chi fastidia et membroruꝝ pigritiam tollit:
pulmonem a tussi recreat: corpus aquati
cum seu fleumaticum inflamat: et omne
malum fleumatis et reumatis aufert: et
multa alia: .

De balneo foris criptam

Oris criptā iuxta litus maris est quod
dam balneum: vt retro veniens: et a
cripta exiens: per radices Falerni montis
incedens: ad oram maris reperitur balne-
um: qđ a situ loci foris cripta dicit̃: hec aqua
cū sit potu & operatione dulcissima: igni-
tos artus refrigerat: desiccata febris
membra rigat: pulmonem lesum: iecur:
pectus sanat: debilitatem stomachi tollit:
tussi et egre cuti medetur: nocet tamen
ydropsicis: .

De balneo Iuncarie

Alneuꝝ Iuncarie vltra per arenam
procedenti occurrit vnda iuncarie: .

que a iuncis ibi nascentibus nomen habet :
Hec vnda mentem letificat : gaudia fouet :
tollit suspiria vltro venientia . venerem p.
uocat : et ad eam fortes efficit renes : Con-
fortat stomachum : prodest leſis lumini /
b9: vires iecoris repat : epar sanat : corpus
impinguat : febres erraticas annibilat : et p
uidet ne cutis extenuetur : .

De balneolo

N radice montis Olibani : que pro-
tenditur versus Nesi' am per arc
nam procedendo : duo balnea reperiuntur
quorum vnum balneolum dicitur : Aliud
balneum petre : Balneolum nomen a breui-
tate fontis inuenit : sed tanta est virtutis
& efficacie eius prestantia : vt infirmus non
solum aquam ibi sed deum adesse putet :
Nam caput : stomachum : & cetera men-
bra confortat : fugat nebulam oculorum :
consumptos et debilitatos reficit : mate-
riam quartane continue : et cotidiane de-
struit : A doloribus ex quocunq; morbo

10
v^t febre pcedētib⁹ liberat. hac aq^{ue} Neapoli
tani pl⁹ ceteris vtūt: De hoc balneo clarus
poeta Eufasi⁹ de materia hos edidit versus
Inter aquas pelaga ppe lit⁹ sub pede rupis
Magnus in effectu fons breue nomē habz.
Balneolum dictum tante virtutis amicum
Vt parens illic sentiat et secedat
Morbo quocūq^{ue} doles seu reumate quouis
Lotus aqua tali tempore liber abit :
Et caput et stomachū rnes et cetera mēbra
Confortat tepidam si renouabis aquam :
Hec pdest oculis : oculorū nube fugata
Consumptos reficit : quos tenet egra fames
Materia rudem cōsumit : et amphimerine
Hoc genus aliis plus pthenopēsis amat .

De balneo petre

E petra lauacrū sequit^r quod i fine hu
ius littoris sub rupe dicti mōtis positū
est: ab effectu cōsequutū ē nomē: Naz petrā
frāgit: vrinā puocat: renes mūdāt: educit a
renulas: caput a dolorib⁹ liberat . detergit
ab oculis mac^{as}: auditū aurib⁹ pstat: et soni
tū remouet : cordi pectoriq^{ue} medet^r : huius
aque calid⁹ potus interiora inundat .

De hoc balneo petre Eustasius sic scribit
Cui petra dat nomē mirū reor esse lauacrū
Quod lapidem possit frangere nomē habet
Et caput a multis facit assentare querelis
Auribus auditum preb3: et addit opem :
Lumina detergit tunicis maculosa piatis
Pectoris et cordis esse medela potest :
Vesicas aperit : a renibus vrget arenam
Huius aque potus interiora lauat :
Quā plures vidi calidam potare petrosos
In quibus vrina post lapidosa fuit :
Vosigit qbus est durus cum pōdere nur9
Assiduus talis liberat aque potus : .

De balneo subterā homini

N. capite loquentis litoris . quod pu-
theolos vsq; protenditur infra criptaz
in rupe cauatā : saluberrima manat aqua : q̄
obstructis ob incuriam venis : et fonte re-
licto sub arena intra dictā criptā et mare p-
quiriūt . Et q̄a egrotis hominib9 mirabiliter
subuenit : Subueni hōi nomē accepit : Eges-
ta igit arena locū depositū intrās : eger stati-
scaturiētū stillarū sentit auxilium : Fons
iste animi tristitiā : et defectum stomachi

tollit : ipsum cōfortat : et facit vt appetat :
pulmonis : Iecoris : splenis : et tumidi ven-
tris deponit onera : vocem clarificat : antiq̄
podagre induciatam dat requiem : et omne
speciem doloris aufert : excellēs tamen eius
operatio in restauratione debilitatorū mē-
brorū lucidi⁹ enitet : **De q̄ Eustasi⁹** sicut :
Ex re nomē habz lauacrū qd̄ subuenit egris
Nominis effectum gaudet habere sui
Purgat pulmonē : deponit pondera splenis
Depurat tumidum certa medela iecur
Tristicie causam gelido de pectore tollit :
Humores ventris leuiter vnda leuat
Defectū stomachi tollit : cōfortat et ipsum
Vt solito solitas appetat ore dapes :
Vocē sincerat : genus aufert omne doloris :
Talis amatores reuocat vnda suos
Hec etiam deponit onus longee podagre
Hic datur articulis induciata quies : .

De Monte olibano

Tga dicta balnea in radicib⁹ mōtis O-
libani manifestant̄ etiā de eodē mōte
qd̄ explicādū videt̄ : Post putheolos mons
eniz oliu fuit . p̄durissimi silicis : q̄ **Oliban⁹**

dict⁹ est: sic dicit⁹ q̄ totus fuerit fructib⁹ or-
batus. nā lapidosus ex⁹s: sterilis erat: hunc
mōtē Gayus gallic⁹ Impator roman⁹ fecit
excidi: vt ex ip⁹ silicibus itinera Italie ster-
nerent: vt dicit⁹ inuere Suetoni⁹ libro. x: sic
dicēs. Excise rupes p̄durissimi silicis: & mō-
tes aggere equati: hui⁹ mōtis rudera inspicia
pnt: cū accedit: nā iterptat⁹ Oliban⁹ ab olon
grece qđ est totū latine: bani vero orb⁹ seu
sterilis: in hui⁹ enī mōtis radicib⁹ m̄pta salu-
berrima balnea nascunt⁹. de quib⁹ aliq̄ supe-
ri⁹ dicta sunt: et aliqua subsequuntur: .

De balneo Ortodónico

Ortodonicū balneuz in radice eiusdem
mōtis est: q̄ respicit putheolos: ī orto
dñi ep̄i nascit⁹ aqua vtil⁹ et mirabil⁹. et ob hoc
Ortodonicū dicit⁹: In hoc lauacro p̄ hostiuz
ad australē plagā dispositū multos p̄ grad⁹
descēdit⁹ et ideo cū auster flat: calor int⁹ in-
clusus nec exhalat⁹: facile intrātes suffocat:
aqua tñ eius foris portata: cōiūpta febrib⁹
restaurat corpora: remouet nausēā stomachi
et illū confortat: effimeras et erraticas fe-
bres tollit: maxime paratas ad ptulim

De balneo sancte Anastasie:

Alneū sancte Anastasie obstruit arena
quā nomē quæ prope cappellā huic sancte
dedicatā aq̄ surgebat: assūpsit: facta igit̄ fos-
sa: aqua recēter egrediēs: igniti corpis r̄cre-
at art9: et eorū virtutes renouat: tollit lan-
guidis sinthomata vel defect9 si surgētis aq̄
patiant̄ ardorē: De quo dicit Eustasius: .

Balnea preterea seu nastasie lauacrum
Humanis vsibus comoda multa facit

Corporis ingrati recreatos efficit artus:

Virtutes etiam corporis vnda nouat.

Res miranda quidē: quicumq; cauabit arenā

In medio fosse feruida manat aqua.

Illa recens in fonte suo sinthomata tollit:

Languidis ardorem si patiantur aque:

Qui petit ergo suo bene de languore curare

Sentiet auxilium si renouabit aquam: .

De Ciuitate putheolorum:

Vtheoli vel putheolum vetus op-
pidum est: Bayas respiciens ad sep-
tentrionem: dictum a putheis olē-
tibus aquarum sulphuratarum: que ibi sca-
tariunt: Hoc oppidū: vt dicit Cornelius ta-
cit9 libro: xv. Italie est vetustissimū: ad quod

87
veteres & eminenti de Tarêto & Aucio re-
periuntur ascripti. ex eo: q̄ in ipso oppido i-
digene pauci erant: cum dispersi essent per
prouintias: in quibus stipendia maritima re-
ceperant. Sed vt refert ipse Cornelius. post
alicuius curriculū temporis de expeditione
reuerfi: & in vnū congregati: ius colonie &
cognomentū a Nerone adepti sunt. His ve-
ro voluntate & beneplacito Senatorū pre-
tores instituit. qui potestatem haberent eli-
gere magistratus. Prefecit etiā ipis peten-
tibus eorū legionibus tres: vltra numerum
viros ex eis statuit Senatores. Refert etiā
ipse Cornelius: q̄ puteolani dantes se expe-
ditioni maritimæ ad stipendia Romanorū
neq̄ cōiugis suscipiendis: neq̄ alēdis liberis
sueti: orbas sine posteris domos reliq̄bant.
Refert etiā idem Cornelius. li. xiii. q̄ inter
putheolanos nobiles & plebeos maxima est
orta sedicio: prop̄t quā ad saxa & minas et i-
cendia deuenerūt. Sed nobiles Romam ad
Senatū mittentes: de violētia popularis m̄p-
titudinis sunt cōquesti. Populares etiā lega-
tos ad eundem misere Senatū: exposituros.

6
q̄ auaritiaꝝ Magistratus: et cuiusq̄ maiorū
non poterant supportare. Senatus igit̄ vo/
luntate Gaius cassius adhibendo remedio ē
electus. Sed quia putheoli eius seueritatem
ferri nō poterāt: p̄cāte ip̄o ad s̄tribonios fr̄es
est ea cura translata. quibus data cohorte p̄
toria: eius terrore: et paucorū supplicio re/
diit concordia putheolanis .

Refert etiā idem Cornelius tactus q̄ puthe/
olani delapsi in prouintias: in quibus stipen/
dia expleuerunt: repente in vnum collecti:
numerum maiorem colonia effecerūt. qui/
bus comitiua pretoruz arbitrio Senatus ha/
beri solita coartiore ambitu exarserant. p̄ri/
ceps composuit tris: qui supra numeruz pe/
tebantur: eorum legionibus preferēdo: du/
xit patrū honorem. statuendo: vt qui a pri/
uatis Iudicibꝯ ad Senatum puocasset: eius/
dem pecunie periculum faceret. cuius is
q̄ Imperatorem appellasset. Antea enim
vacuum id solutumq̄ pena erat .

Refert etiam Idem Cornelius eodē libro:
quo supra: q̄ putheolani oliz nō sicut vniuer/
se legiones: deducebātur cum Tribunis &

Centurionibus: et sui cuiusque ordinis militibus vt consensu et caritate rem publicam efficerent: sed ignoti se diuersis manipulis sine Rectore: sine affectibus mutuis. quasi esset ex alio genere mortalium vagabatur.

De Theatro Putheolorum .

Pud Putheolanos Theatrum olim fuit mire magnitudinis: cuius vestigia adhuc apparent: circuli formam habens In quo quondam mixtim homines cum mulieribus maiores cum minoribus ludos aspiciabant. Sed hoc confusissimum spectandi genus: vt dicit Suet. li. ii. Aug. Cesar correxit et ordinauit siquidem: quod ab vna parte Theatri in primo subselliorum ordine Senatores et maiores sederent. In secundo pretestati: id est pueri nobilium: pallis purpuratis induti. In tertio pedagogi: cum eorum discipulis. In quarto milites. In quinto plebei. In parte vero opposita Theatri in primo ordine subselliorum sedebat Pretor. In secundo virgines vestales. In tertio tamen mulieres cum pueris bullatis. atque si quidem in media cauea sedebant. Et putheolanus puluis vt dicit Seneca in questionibus naturalibus

li.iii. si aquā tetigerit: saxum fit. Sic ecōtra/
rio: becaq̄ si solū contigerit: beret: & effigi/
tur. Inde ē q̄ res abiecte ī eundem locū: la/
pides extrabuntur. Hec ille .

Habetur ī actib⁹ ap̄forū: actuū. ii. c. q̄ bea/
tus Paulus Putheolos venit. vñ ait. Et cum
venissem⁹ Syraculaz: mansimus ibi triduo .
Inde circūlegētes: deuei⁹ Regiū: & post di/
em vnā flāte Austro secūdo die veim⁹ Pu/
theolos: ibi inuētis frībus: rogati sumus ma/
nere apud eos dies septem.

De Ponte Putheolorum in mari
facto per Gayum Cesarem.

Molibus putheolais vñ putheoli vsq̄
Bayas: vt dicit Suetō. li. x. Gayus Ce/
sar Roman⁹: Pontē fieri fecit: longū triū
miliū sexcentorū fere passuū. Quo facto:
duobus diebus continuis super eo cucurrit
Primo enī die phalerato equo: coronā quer/
cinā ferens in capite: gladiū circa femur. &
clamidem deauratam. Tertio die in habitu
quadrigario per pontem accessit: habēs āte
se puū currū duarū rotarū: qui ab equis op/
timis trabebat. Comitātib⁹ eū Dario vno

ex Parthorū obsidibus agminum p̄toriano
rum & amicorum cohortis.

Quare Gayus Cesar hunc
Pontem fieri fecerit .

Vare antē hic pons a Gayo excogita/
tus fuerit: ratio triplex p̄ Suetonium
assignatur . Prima est: vt imitare ē Xersen
Regem Persarū: qui volēs de Asia in Gre/
ciā transfretare: non sine admiratiōe Hellef
pontū aliq̄to angustiorē cōcumulauit . Alia
est: vt alicui⁹ immensi operis fama Germa
niam & Britāniam: quibus tunc imperita/
bat: terreret . Tertia rō est: quā a suo patre
& per aliquos mercatores & doctos audiui
sse se dicit . Ferunt enim Tiberio Cesare
anxio de successione Gay nepotis sui: & v/
trū cōtingeret p̄mori nepotē: Taxilluz ma
thematicū affirmasse . non magis Gayū Im
peraturū: q̄ per Bayanū sinum equorū dis/
cursum . Ac si diceret: Ita erit possibile: q̄
Gayus imperet: sicut esset possibile: q̄ per
mare Bayarū equi discurrerēt . Mortuo de
mū Tiberio: Gay⁹ Imperator ē fact⁹: q̄ ta
lē pōtē fieri p̄cipiēs: sup̄ eo vt dictum est .
tribus dieb⁹ cōtinuis cōmeauit . Quarto die

cum multos ibi emulos cōuitasset: de littoſ
omnes p̄cipitauit de ponte .& quosdam ap
p̄hēdētes gubernacula pontis: detruſit ī maſ
De pilis pōtis hui9moī facit mēſionē Seneca
ad Lucillum dicens. Omnis in pilis puthe
olanorum turba conſiſtit.

De Sulphitaria .

N ſummitate mōtis: qui ciuitati puthe
olorū p̄eminet: planicies maxia: adhuc
quaſi tota circūdata mōtibus: ex qbus extra
bitur īnumerabilis theſaur9: ex ſulſurib9 et
alluminib9 ac vitriolo. qui ex lapidibus &
terra ipi9 montis fiunt. Et ibi q̄dam aqua
naſcitur que cum maximo impetu bulliens:
in altum vſq; ad duas & aliquando tres can
nas eleuatur . Et in hac planicie montis q̄
plura fiunt naturaliter foramina : ex quib9
maximus & impetuoſus exhalat fumus: vt
ſi in eadem foramina lapis etiam magnus
proiciatur: impetuoſitate et potentia fumi
reiicitur. Hec enim aqua ſulfurea : et etiam
fumus per cauernas exiens: dicitur: q̄ ner
uos molliſicat: acuit viſum: lacriās. et voītū
ſtringit capitis et ſtomachi dolorem aufert:

14
Fecundat steriles. tollit febres cum frigore
Infesta membra scabie purgat. Hic tamen odor
gravis: & locus vnicuique fumigans terribilissimus est: tamen
dictus fumus reuma & frigus capitis aufert.

De Cantarello balneo.

Antarellus nomen a forma balnei super
sit. hic primus in littore quod a puteolis ad
Tripulas vadit: admirandas operationes ex-
equitur. Antiquas enim & novas plagas ac fi-
stulas mudat. desiccatur: & solidatur. fluxum reu-
matis prohibet. clarificat lumina. obturat ve-
nas fluentis sanguinis subiecit arteticis: utilis est
ad febres & frigora. extrahit mirabiliter fer-
rum: & fragmenta seu particulas ossium fracto-
rum: que latent in corpore: & arte Chirurgici fugi-
tur. Cum autem hec aqua tepida sit: pregnatibus
multum confert: sed nimis continuata obest.
De quo dicit Eustasius: de materia in li-
bro balnearum suorum.

Inter aquas pelagi aque ferues manat: & ipsa
Ne fluat in portum: futile claudit opus.
Cum mare fremescit: locus oppugnat ab undis
Vix aliquis poterit eger adire locum.
Cantarus humana fruitur virtute medici.

Nam plagas veteres cōsolidatq; nouas.
Vlcera qui patitur cutis ex humorib⁹ extra
Cantarus abstergit: lumīa clara facit.
Sanguinis obturat venā quādoq; fluentem.
Subuenit artheticis: fit medicina pedum.
Vtilis ad febres et frigora: Sed tñ huius
Vfus aque lateri continuatus obest .

De fontana.

D cantarelli latus aqua consurgit pro/
prietatib⁹ Cantarelli contraria: noui/
ter reperta: & ab aliis non descripta: que
cum more fontis semper scaturiat: fonta
na dicta ē. hec somnū dat: vētrē lubricat: lac
m̄tīplicat. īfantes soporos et placidos fa/
cit. nausēā stomachi r̄uocat. indurata mollifi/
cat. Sup̄ aut̄ alia lauacra r̄nes purgat. educit
arenulas: apit vesicā. capillos cogit exīr vul/
neribus: & podagricis nocet. Hac aqua pu
theolāe matrōe cū suis pueris sp̄ vtuntur.

De villa Ciceroīs q̄ hodie Ciceronū dicit̄.

It non procul supra mare Bayas res/
pectans in occidente versa villa fuit.
Marci Tullii Ciceronis: cuius vna pars su/
pra mare in edito p̄sita vetustate delecta ē.

que aut incōtinēti est: dirutos parietes ostēdit. hec vulgo ab incolis puheolanis & loc9 ei adiacens dicitur Ciceronum. pus

De balneo p̄ti: qđ credī a m̄ptis Cicerois o

Aleuē p̄ti credit̄ opus Cicerois. Laua

crū qđ in prato situm est: & ideo de p̄to nomē habet Eūtes a Tripergu9 Auerſā post hospitalis trāsituz ad sinistra semite statim Criptam inueniēt et p̄ subterraneū descensum aquā reperiūt: que multum placida lipposis oculis bene confert: eorum vlcera tergit: A pigris humoribus corpus alleuiat torturam viscerū remouet. mollit lacertos caput & scapulas trahit ad debitū: et toti de mum corpori subuenit. De quo Eustalius sic scribit.

Creditur a m̄ptis hoc Ciceronis opus.

Est via difficilis que ducit ad inferiora

In quibus inueniet quaz petit eger aquam.

Hoc bene viscerib9 fertur cōferī molestis.

Alleuiat corpus qđ grauat humor iners.

Dicunt et duros mire mollire lacertos

Er caput & spatulas ad sua Iura trahit.

Lipposos oculos declarat: & vlcera tergit

In toto pariter corpore parat opem.
In sudore madēs fugit p tempore frigus
Nec potum sumat dum sua mēbra calent.

De Tripergula.

Ripergula loc⁹ ē iuxta Auernū dict⁹
Tripigula a trib⁹ tiguris idest solaris
Vel ut quidā volūt a trib⁹ p̄gulis hoc ē ser-
uis: qui maūmissi loca eadē tenuerūt. Trise
nī grece ē tres: pergula vero seruus a per-
gendo dictus.

De balneis exñtib⁹ in Tripergulis.

N hoc loco tripigule iter alia balnea q̄ ibi
for̄ narrāt vnū ē tripigula etiā dictū v̄p̄ a
loco i q̄ est: p̄ vt volūt alii q̄ trss hēat māso-
nes: vnā i qua vestes balneatiū cōseruāt: aliā
in q̄ ges dat̄ sudātib⁹. etiā aq̄ calidā cōtinentē.

De balneo Tripigule seu balneo veteri.

Ispositio loci dedit balneo sequēti voca-
bulū. nā triptita sit dom⁹ i qua vestes
aqua & lecti sternūtur et seruant̄: iure voca-
bulo tripigula dicta ē: plurimi eū balneū ve-
tus vocant: eo q̄ primum in hoc loco inuen-
tū balneum circūponit̄ domib⁹ nomē dedit
vt ipsum suburbū etiā Tripigula vocetur.

Hec ūda cācōmoda oībus aufert mētīs defe
ctū. Cor exhilarat. corp⁹ alleuiat. mēbrorū
onera tollit. fugat varios dolīs stomachi: pe
dū rīmouet grauitatē. hac aq̄ vtēs accidētia
mala n̄ pla tēbit. Ex hoc loco ferūt dñm no
strū Ibm̄ xpm̄ a mortuis r̄surrexisse. & ab
auerno seu ī ferno tulisse p̄dā. vnde & altus
mōs supeiens mōs xp̄i dicit. Vñ Eustasius:
Est locus australis quo portā xp̄s Auerni

Fregit: & eduxit mortuos inde suos.

Hec dom⁹ ē triplex de iure Tripgula dcā

Vna capit vestes: altera seruat aquam.

Vtilis vnda satis: m̄ptū sudantib⁹ aufert

Defectū mētīs: cū grauitate pedum.

Hec stomachi varias facit absentā q̄relas

Flebile de toto corpore tollit onus.

Debilis atq; piger: q̄bus nō ē m̄pta facultas.

Consulim⁹ tali sepe fruatur aqua.

Hui⁹ amator aque sinthomata n̄ pla timebit

Incolumī semp corpore letus erit.

De balneo colature

N Tripgulis stat balneū quod Cola
tura dicitur ab accolis: cuius aqua
ab alio later rupis surgit q̄ a descēsu mōtis co

latura dicit. Hec vnda declarat faciē: mor/
pheā et alias īpes notas ab ea īmouet. Cor
letificat: mētē roborat. stomchū cōfortat: p̄/
teritas crapulas digerit: appetitū incitat: tu
ssiz fugat. dat pulmoī getē: & p̄ uidet ne ptis̄
ex tussi p̄ata p̄cedat. De q̄. Eusta. sic scribit
Pulmoni prebet solitam Colatura quietem

Inde fugat tussim: quā graue reuma pat
Hec stomacho vires pat vis crescit edēdi

Sepius absumptas decoquit illa dapes
Declarat faciē: mētē corroborat: & cor.

Letificat: turpes radit ab ore voces
Formidat qcūq; ptisim cū tusse paratam

Vt timor abscedat sepius intret aquam
Inueterata suis sicut radicibus arbor.

Nequaq; poterit sine labore capi.
Non aliter veteris serpētia semīa morbi
Possunt euelli qualibet arte simul.

De balneo Arcus

N sinistra p̄te lac⁹ auerni: ī q̄ alta p̄fū
ditas: & diuersorū pisciū magna ē copia
.x. sūt balnea q̄rū primū ab edificiū forma ar
cus dicit. Cui⁹ in restaurandis de fectis &
cōsūptis corporibus mirabilis virtus est.
Restaurat membra. confortat stomachū: &

interiora oia Iuuat. vētribus tñ tumidis & inflatis iecoribus & splenibus non confert.

De quo scribit Eustasius .

Dulce satis lauacrū qđ nomē suīt ab arcu

Virtutem magne cōmoditatis habet

Hec aqua cōsumptos r̄staurat corporis art⁹

Corpori dat vires : arida mēbra rigat

Si quis ī extremis patiūt : festinet ad vndam

Omīa ne dubitet interiora Iuuat.

Nō tamē his pdest tumidi cū sarcina vētris

Aggrauat : atq; dolet splene tumēte iecur

Rē liquet exptā pprio quam luīe vidi

Teste mihi populo q̄ scio verba loquor .

Vidi cōsumptū tātū cū pelle relictum

Tempore non lōgo restituisse cutem .

De balneo Ranerii

Aneriū etiā balneū ī Tripgu⁹ esse so

let : cui⁹ optia aq̄ ab Inuētoire nomē su

mēs : salis fleumatis hostis ē . nā scabiē Impeti

gie³ seu spigei³ sanat putridū corp⁹ mūdāt

cutē r̄staurat . le p̄ pdest . Exigit tñ vt sāta

tatē cōseq̄t . Vñ Eustach . Trituli aqs vta^t

Balnea Ranerii q̄ corpra putrida raduūt

Et quorū salis fleumatis hostis aqua .

Si saniosus & scabiosus illa subintret .

A scabie quauis exteriora lauant
Infectam mūdare cutem quicūq; laboras
Vtere Ranerio: de cute sanus eris
Nec cū incurras iterū discrimia morbi.
Iura virtutis cū sanat tum remouebis .

Terribiles trituli sanus adibis aquas .
Vidi q̄ plures de fastidire lauacrum .

Fecerat hoc hoīuz p̄igues putredo putēs
Ranerii seruiuit aquis aq̄ turgida stagnis
Felix qui p̄igues euacuabit aquas

De balneo sancti Nicolai

Ancti nicolai balneū. oīa balnea potētes
aut magis solliciti occupāt. hoc solū miri
fici cōfessoris pauperib9 subueit: & iō sancti
Nicolai dicit. Hec aq̄ ab aliis d̄scripta nō est
nec ab itelligētib9 satis expta: q̄tū tñ cōptuz
habeo: debiles fouet: cōsumptos restaurat.
stomachū conformat: & vires reparat.

De balneo Scrofe.

Crofe mirab̄is ūda: q̄ iō de scrofa dcā
ē: q̄a scrofulas sanat et q̄a i hac volutari
Srofa reperta est . Purgat enim mirabili
ter scabiem & leprosis prodest . Impetigi
nes ex fleumate falso sanat . Sarcnam

ventris deponit. Arteticis et podagricis bñ
confert. qui in hoc: aut Ranerii balneo laua
tur: salis aut leguminibus non vtatur.

De balneo sancte Lucie.

N proxio sancte Lucie balneū situm
est. sic dictum: quia mirabiliter cōfert
oculis: quorū defensionem hanc gloriosam
virginē habere dicit. Dolorē capitis & Iun/
cturarū tollit. oculorū etiā cataractas nō in
ueteratas et nebulas destruit. Auribus pre
stat auditum. & remouet sonitū. hoc aliquā
do cecos illuminat.

De Arculo seu balneo
sancte Marie.

Alneū sancte Marie seu Arculus non
min⁹ laudabile: a forma fabricæ & bre
uitatis loci diminutiū nomē accipiens: qui
feruens et calidum Epar habet illud aptat.
a nimia frigiditate et reumate absoluit: ocu
los a lippitudine et optalmia liberat: stoma
chum roborat: somnolentiam nimiam vel vi
gilantiam romouet: et vtramq; extrema/
tem deducit ad medium.

De balneo Cruéis.

N hoc balneo Crucis sepe miracula cerni
m9. Quis numeret: quos alienis brachijs
et pedibus adductos: seu baculis sustentatos
hoc lauacrum annis singulis sine alterius ad/
iutorio remittit ad propria. A podagra e/
num mirabiliter liberat. iuncturas & neruos
sanat. flegma in ipsis imbibitū expellit. Tu/
morem a Iecore soluit. Ydropicis ex grosso
flegmate subuenit. Ventri & ypocondis p/
dest. Et quia confert manibus pedibus & la/
teri in quibus sunt insignia dominice passi o/
nis: ideo de cruce vocatum est.

De balneo Succellario.

Vcellarium prope et subtus borren/
dā Sibille Cumane domū: q̄ Auerno
preeminet: quasi ex quadam cella: dulcis lu/
cida & pre ceteris utilis aqua labitur: & ob
hoc succellariū dicitur. Saporem habet bro/
dii decocti Caponis. capillos prolixos et cla/
ros facit. labra sanat. dentes & gingivas mū/
dificat. Turpem pannū faciei lentigines &
scabiem remouet. pulmōni Iecori & Spleni
medetur. Ardorem et pondus vesice soluit
vrinam prouocat. Arenulas eicit. quartanā

cotidianam : et tepidas febres sanat: tussim
soluit : super omnes alias aquas stomachuz
confortat : et incitat appetitum : ac totum
corpus exhilarat :

De quo Eustafius sic scribit :

Est succellariuz lauacrū quod cōuenit egris.
Lucida quo multuz dulcis et vnda manat
Pondus et ardorem vesicen soluit : & egris
Dentes et ginginas mūdificando iuuat :
Ac oris varias per lotum curat in vnda :

Passus in estate triceam vel cotidianam
Aut tepidas febres: sentiet eius opez :
Pulmonis iecoris vicium splenisq; medetur
Tussis ob hoc lauacrū pectore pulsa fugit
Appetit et stomach9 ista perlot9 in vnda
Et bene digestus redditur inde cibus :
Lentigo scabies turpis pannus faciei
Hac curantur aqua quando lauantur ibi
Reddit prolixos et claros ipsa capillos
Et totum corpus exhilarando iuuat :

De balneo ferri

Onstat etiam in Tripergulis esse bal
neum ab alia parte horrende domus

Sibille : et quasi intus Auernum aqua scaturit : que colorem et spumam habet instar ferruginis : et ideo ferri dicta est : que dolorem capitis et supercilii super alias aquas remouet : ab oculis sanguinem caliginem et pannum tollit : et eos sincerat : auribus dat auditum et sonum ac ventum remouet : Tres cerebri cellulas purgat : De quo Eustachius scribit Ante domum vatis locus est ut domus Auerni Grande ruinosum preminet artis opus : Hoc lauacrum ferri habet ferruginis instar Dicitur uibrosa sed caret umbra domus : Si quis emigraneum patitur quandoque dolore Siue supercilii sepius intret aquam : Cum vicio capitis nubem caliginis aufert : Tollitur ex oculis sanguis : ab aure sonus : Si quis aque talis vires cognosceret eger : Collirio nunquam lesus haberet opus : Pannosos oculos sincerat : et effetat aures Congaudet capiti cellula trina suo.

De balneo palumbario

Et et ibi lauacrum palumbarie : seu cripta palumbaria : ideo dicta : quia palumbi ibi nidificant : cuius aqua caput et renes sanat

10. 11. 12. 13.

17
aperit meat⁹ vrine :nebulas ab oculis & vē
tu³ ab auribus fugat :passiones stomachi &
que ad cor tendūt expellit :et arteticis con
fert :vtens tñ hac aqua a falsis et frigidis ca
ueat : De hoc balneo sic scribit Eustasius

Cripta palumbare fert̃ ad grata palumbis

Vel quia pro lumbis fertur obesse parum

Vnda palumbare lesos cum vertice renes

Sanat : et vrine sumpta recludit iter :

Ex ocul⁹ nebulas .et ab aurib⁹ excutit euros

Cardiacam tollit :arteticamq³ fugat .

Et maiora facit :si scis seruare dietam

A falsis caueas : frigida queq³ fuge

Argentis vitabis aque consurgere potum

Vtere limphato quod pressit vua mero :

Crede mihi q³ aqua facit quodcunq³ sirupus

Si bene seruetur sola dieta facit :

De balneo Siluiane

St p̃terea in ipsarū Tripularū agro:

nō p̃cul a faucib⁹ Auerni lac⁹ : inter

suas et Bayarū cōfines:balneū q̃ddaz puum:

q̃d de noie mulieris eiusdē cognōis dicitur:

Saluiana :hec vnda muliebri sexui magis cō

fert :naz matrices ab omni humore purgat:

et ab infirmitatib9 sanat: puocat mēstrua si
desunt: et si supeffluxerint: reducit ad medi
um: steriles fecūdat: et facit cōcipe cū adiu
torio priapi boni: De quo scribit Eustasi9 sic
Saluia diua parens inuenit forte lauacrū

De proprio tribuens nomine credo nomē
Si qua viatrices quouis humore grauatas:

Impregnat et has steriles fructificā facit
Mēstrua si forsan fugiant: inuita redibunt

Et facit hoc lauacrū ne sine lege fruant:
Quas patiñ matrix causas obtempat egras

Vnde queri posset femina causa paret:

Vos igitur steriles moneat: si grata prolis:

Ne vetat annosi temporis egra quies:

Tam vir q̄ mulier te saluiane frequentet:

Tam vir q̄ mulier frigidus esse potest:

De balneo sancti Georgii

Einde Georgicū balneū occurrit: ideo
dictū: q̄ sub terris aqua queratur: ge
os enī grece terrā significat: nūc a vocabuli
similitudine sancti Georgii dicit: hec aq̄ mi
rifice lapidē frāgit et eicit: vrinā soluit: frō
tem brachia man9 syam seu anchaz crura et
pedes a doloribus liberat: et prohibet po/

dagram fieri vel crescere : De quo Eustasi9
de materia sic scribit:

Est aqua q̄ poterit nisi flaminis indice fūgi:
Nam via sub terris plena timore latet:
Quātū mēs dubia timet ingrediēdo lauacrū
Mirifice tantum lete requirit aquam .
Hec lapidem frangit: vrinā soluit: ad vsum
In multis prohibet articulare malum :
Scissa si crura : si pes: si brachia : si frons
Egrotant : sanctis his releuantur aquis :
Hoc bene cōtestor: qdaz cū mingere vellet
Euomuit lapides virga coacta duos :

De balneo pugilli

St etiam in Bayarum littore aliud bal
neum quod pugillum dicitur: tam bre
uis huius balnei locus est: vt pugillus voce
tur : virtus tamen eius mirifica est : nam
ventrem solutum restringit : ani pondus
tollit : attenuat ydropicos: caput et splenez
a doloribus liberat: et a febribus cū frigori
bus: sanat ac confortat debiles :et cōsumpta
membra restaurat :

De quo balneo pugilli Eustasi9 sic scribit
Cū maris vnda tumz : t̄m vacat. vnda pugilli

Pro statione loci tam breue nomē habet :
Est iter obliquum puā quod ducit ad vndaꝝ
Vix hominum septeꝝ creditur ille capax :
Ani tollit onus : ventrem cessare solutum
Cogit et ydropicos attenuare potest :
Si patitur cū splene caput cū frigore corpꝝ:
Frebuerit : certam sentiet eger opem :
Quid de te referaz nimis admirāde pugille
Quod proprio vidi lumine testor ego :
Aridus vsus aque baiulis adductus amicis •
Discessit sanus non ope vectis egens .

De balneo olei petrolii

Oc lauacrum ideo de oleo petrolio
dicitur : quia liquorem istū cū aqua
exire : et in eadem esse : et visu et
odoratu percipitur : Situm est enim prope
ecclesiam beate Marie virginis et littus ma
ris : Hec salutaris aqua omne genus serpi /
ginis morfee et impetiginis tollit : turpes
notas a facie radit : lepre vicium sanat : cole
ram et salsa flegmata extinguit : cor exhila
rat : grossa membra subtiliat : et ab eis inibi /
bitum frigus expellit : et artus singulos vs
gori et officio suo reddit :

De balneo culine

99
Oms qui predicte ecclesie preemi-
net : ob altitudineꝝ suam Culina vo-
catur : Et aqua que ad pedes mon-
tis huius per cautam et obliquam criptaꝝ in-
uenitur : ab eo Culina dicitur : Acuit mul-
tum lumina : pedum passionibus subuenit :
non tamen inueteratis : grossum flegma a
neruis remouet : hec aqua prodest egrotis.
sed nocet sanis : et caue ne diu in ea moreris

De balneo solis et lune

Neodem littore Bayaruꝝ est aqua
nobilissima : et preceteris admiran-
da : Solis et lune sic dicta : quia sicut
Sol et luna stellis : sic ista preualet aquis :
non est ad ipsa paruium iter : sed per ruinas
antiquorum edificiorum descenditur : ad an-
tiquum balneum dirutum et occupatū a ma-
ri : ibi defossa arena scaturit aqua grossa pin-
guis et discolor : Hec aqua sanctissima omne
genus gutte omnem speciem doloris tollit :
Vlcera : plagas : et fistulas si non sint radica-
te in ossibus sanat : venas fluentis sanguinis
stringit : Menstrua siue plus siue minus

fluant reducit ad legem : occultum in cor /
pore ferrū extrahit : podagricis mirabiliter
cōfert : si fracta loca nō fuerint : hoc vt anti/
qui scribunt : Impatorū balneuz fuit :

De quo Eustafius sic scribit

Cesaris est lauacrū quod sol et luna vocatur

Sicut sol stellis preualet instar aquis .

Omne genus gutte tollit : omnesq; dolores

Fistula ni violet viribus ossa suis :

Subuenit antique lauacru3 regale podagre

Ni faciat fractos inueterata pedes :

Sed tñ ignorat vbi sit tam nobilis vnda :

Obruit antiqua forte ruina locum .

Vos igitur quos longa dies fastidit et etas :

Quos tam longeuos nutrit aduersa senect9

Demōstrate locū qui sol et luna vocatur

Vtilis a multis edificandus erit :

De balneo Gaborosi

Alneū Gaborosi obmittendū nō est . sic

balneū Gaborosi dictū : qa forma edifi
cii sui desup ad modū gibi eleuata erat : Hec
aq̄ saluifica ad quā p grad9 descēdit : lapides
arenulas pilos p humeros ipediētes vrinā a
renib9 trahit : illa cōpoit : vesicā aperit : nec

20
melior salus renib9 reperit̃. dolorē matricif
remouz: fluxū sanguis in m̃p̃erib9 stringit:
et adiuuat mēbra quolibet morbo grauata :

De fonte Episcopi

Onstat preterea in locis eisde3 Tri
pergularum lauacrum existere :
nobile quod episcopi balueum no
minatur : et tenent antiqui q̃ quidam Episc
copus illud refecerit : et ideo fons episcopi
dicitur : vel quia prelati illa magis vtuntur
qui propter ciborum et quietis abundantia
plus podagriscunt : confert etiam mirabili
ter arteticis podagricis doloribus iunctura
rum et cuiuslibet generi podagrarum :

De quo Eustalius sic ait :

Nomine fons tali fruiť q̃ episcopat egris
Vel quia pontificis curare fertur opus :
Arteticis prodest : tollit genus oē podagre
Hunc habet expertum pontificale decus:
Et quia prelati nocet quies atq; paraplis
In se deficiunt sepe dolore pedum :
Cum constipatus nouis intercluditur intus
Inde dolent ventres illa tensa crepant :
Pontificis fontem requirat pontificalem

De balneo fati

Scenditur per aliquot passus ad balneum de fati sic dictum : q̄ nouiter fatu repertum est : vel propter pulchritudinem operis : quo testudo eius elaborata est : hoc nomen accepit : Aqua ista perspicua roborat stomachum : prouocat appetitum : nauseam remouet : podagricis multum confert : pre omnibus autem a quis extrahit ferrum absconsum in corpore et omnia membra exhilarat :

De balneo bracule

Racula recipit nomen ab humilitate seu depressione et rotunditate loci : Hec prestantissima aqua grossas fauces subtiliat : raucam vocem sincerat : dolorem capitis siue anterioris siue posterioris remouet : caliginem oculorum tollit : spleni et iecori medetur : quartanam et tertianam ac interpellatas febres interimit et earum causas delet : .

De balneo spelunce

N istis terminis vltimum locū spelunca semper tenuit : ex re nomen habens : quia in spelunca lauacrum est : **R**euma et tussim sanat : ydropicis fugat accidentia cuiuscunq; gutte : ac remouet et confortat stomachum : **P**osuit **G**alienus q̄ si quis quinq; dragmas huius calentis aque diebus singulis biberit : ea que sunt sub tus et supra dyaflama curare :

De balneo Trituli

Alneum Trituli : prope est locus Trituli : in quo balneum et sudatorium sunt : a loco sumentia nomen : **E**t forte dicitur Tritulum : q̄ quartana ibi sanatur : **T**riteos enim grece quartanam sonat : balneum preclarum atq; mirabile : nā ad radices rupis altissime ampla cauata domus est : et in eo artificis ingenio compositę ymagines manus tenentes ad loca passionis : quibus enim medetur hoc lauacrum : que vel sunt vetustate consumpte : **V**el vt

ferunt alii a medicis Salernitanis delete :
Vt recursus qui per egros pro eorum lan/
guoribus habebatur ad balnea : ad solos dū
taxat medicos haberetur : vt quibus ars
philosophica modicum addebat conpēdium:
deinde totale cōmodum adduceret : Et di/
cunt alii Tritulum dictum a territorio in
quo situm est : vitibus ferax : de quo Iuue/
nalis Satiricus in. x. sic ait

Te tritolin⁹ ager expectat: fecundus viti/
b⁹: Aqua aute³ semel in die :et semel in no/
cte iuxta occasum lune et ortum lune calida
et fumigans venit in balneum : quo reple/
to pars aque in equor refunditur : pars re/
uertitur vnde exiuerat: Hoc fugat reuma.
caput stomachumq; confortat : omnem gut/
tam sanat : liberat ydropicos : prohibet fe/
bres : flegmaticis prodest: et omēm balne/
orum virtutem corroborat : Et ob hoc vbi/
cunq; quis balneatus fuerit : vltimo aliqui/
bus vicibus hic lauetur :

De hoc balneo Eustasius sic scribit :

Est locus antiqua testudine ductus in aluū

22

Rupe sub ingenti celte cauata domus :
 Plenaq; figuris morborum conscia formis :
 Ad quid aque valeant queq; figura notat :
 Res mirāda satis : satis est horrendaq; visu
 Hoc veniente die mittitur vnda semel :
 Hec eadē partim primū petit : equora p̄tim
 Extenuata fluens refluit vnde venit :
 Plus hic q̄ dudum venerat betsayda semel
 Anno vno parabat mota salutis opem :
 Hec aqua quotidie multis medela medetur
 Reuma fugat stomachū roborat atq; caput
 Liberat ydropicos : hic omnis gutta fugat
 Fleumaticis prodest : febricitare vetat :

Desudatorio Triculi

Vpis hec eadem in summitate sui
 per ascensum multorum graduum
 Sudatorium habet : Est quedam
 cripta manu cauata : stricta ad modum sed
 in longum multum protensa : odoris sua
 uis et delectabilis : quā si erect⁹ intraueris
 statī sudor erūpit : si te īflexeris : statī refri
 geraris : vltra p̄cedēs semp dextrorsū post

aliquem descensum : inuenies aquam per /
spicuum : sed calidissimam : et vix tangibilē :
quam multi putant in super scriptum balne
um latenter effluere : q̄ si ad aquam ire vo
lueris : ad sinistram recipe iter : quod post
q̄ per duos tantum passus intraueris : inci
pe aliam a dextris viam : per quam procé
dens : obuium habebis lapidem : qui de ru
pe ruit : et caballus dicitur : ultra hunc in /
cedens super calidum puluerem inuenies
finem cripte : et celtis vestigia : Reuerte /
re nunc ad locum : vbi hanc partem cripte
intraſti : et inuenies foueam profundam &
largam : et aliam criptam prope : ad meri
diem tendentem : quam caue ne intres : nā
si per eam processeris : absq̄ excessu caloris
vel frigoris : absq̄ vento vel motu aeris :
flamma sursum tendens dimittit ceram : &
faces per se extinguntur : et ultra euntes
homines ex vertigine capitis mortui deci
dunt : Hoc sudatorium : humores euacuat :
caput et stomachum liberat : reumata cu
rat : flegma excutit : corpus alleuiat : ydro
picis et podagricis multum confert :

De balneo finiculi :

Ultimo tangenda est aqua finiculi : sic dicta : quia inter mare mortuum et misenum montem inter multas huius generis herbas scaturiat : vel quia finos et acutos oculos reddit : hic fons nondū formā balnei accepit : nec ppter distātiā loci satis expta ē sed hoc cōpertū habem⁹ : q̄ lipposos oculos abstergit : eorū vlcera sanat : maculas delet : et sup oēs alias aquas visū acuit et declarat .

De aliis aquis calidis

Virgunt preterea per totum sinum q̄ a Falerno seu postripo monte vsq̄ ad misenum interiacent multe alie aque calentes : quarū virtutes et nomina penuria vel magis incuria hoīuz obliuio possidet : fuisse tñ efficacie magne : antiq̄rū lauacrorū forma et ruina demōstrat . stāt enī adhuc apud Bayas mirificorū operū q̄daꝫ p̄clare reliquie : quas vetustas abolere nō potuit : sicut est illud maris mortui : vbi iussu Octauiani Augusti terra p̄ magna spacia p̄funde effossa : & p̄ īcasas radices Miseni mōtis introductū mare stationem classibus tutam dedit :

Ec olim balnea dicuntur ab egris omnibus derelicta : vt innuit Oratius in primo epistolarum epistola : xiiii . ad vallū que sic incipit : Que sit hiems velit :
Me facit immēsuꝝ cū gelida perluor vnda :
Per medium frigus sane myrtea reliqui
Dictaꝝ cessantem neruis elidere morbum
Sulfura contempſi : vic⁹ gemit inuid⁹ egrif
Vbi glosa : Gemunt habitantes in vico bayarū : propter lucrum perditum balneorum .
vbi ad maiorem huius dicti euidētiā : notanduz est : qꝯ Octavianus Augustus Imperator Romanorum : apud baiarum balnea semper consueuerat morari : et cū diu dolore artitice laboraret : in curam sui Ameliū medicum preelegit : qui eum calidarum aquarum lotionibus tantummodo lauari iubebat : et rimas cubiculi eius velleribus opilari : Sed cum curis huiusmodi morboꝝ magis inualeſceret : et August⁹ ipse in maciem maximam deuenisset : quendam alium medicum Musam Antonium nomine in suam curam assumpsit : A quo prohibitus est : ne amplius in ipsis balneis se lauaret : et vbi

44
prius terminis aquis latioribus. profusionibus
etiā ac gargarismatibus frigidis vteretur.
Qua cura sanatus: Musam Antonium remu-
nerare volens: ei de beneplacito et volunta-
te Senatus Quadraginta argenti sextercia
assignavit. Propter hanc ergo curam Au-
gusti. egrī ceperūt relinquere balnea p̄dicta
bayarum: & ad loca frigida se conferre: &
nō solū ea: sed et balnea q̄ mirteta dicūtur.

De balneis myrtetis.

Relibata siquidem balnea olim apud
veteris auctōris myrteta dicebant̄. nō q̄
ibi myrtus abundaret: sed q̄ iuxta lacū A-
uerni: circa quē sunt ipsa balnea os Inferni
existere dicitur: per quod mortuorū anime
inferos fabulose petere dicebantur. Vnde
myrteta dicta sunt quasi morteta. hec eadē
ut sup̄ est ostensum: & alia bayarum litto-
ris balnea ab egris fuerunt magno curricu-
lo temporis intermissa. ex eo q̄ Augustus
Cesar diu apud ea cōmorans: non potuit ip̄o-
rū remediis ad cōalescentiam peruenire.
q̄ autem ip̄a balnea contempta & intermissa
fuerūt ab egris: & eorū loco frigida balnea

sunt petita Innuuit Oratius in primo Episto-
larum dicens. Mirtea reliqui.

Dictaq; cessantem mētis elidere morbum.
Sulfura contēpsi: vicus gemit iuidus egris.
Qui caput & stomachū supponeſ fōtib⁹ au/
Clusinos gabiosq; petūt & frigida rura. dēt
Vbi glosa. Ego Oratius: sane idest certe
reliqui myrtea .i. balnea circa Tripergu/
las sic vocata: et contempſi sulfura .i. balnea
sulfurearum aquarum que sunt apud Baias
que dicta sunt supple a medicis: elidere .i.
tollere: morbum cessantem idest vacantez:
neruis .i. iuncturis neruorum. Et quia sub
audi ipsa balnea sic relicta & cōtempta sunt:
vicus scilicet Tripergule et bayarum inui/
dus egris idest non visus: sed derelictus ab
egris idest infirmis: gemit .i. plorat & dolz
nec inmerito: cū eadē balnea magno quōdā
precio a possessoribus locarentur.

Alienus tamen medicus venit vt vi/
deret hec balnea: et miratus est. Sed
paucis verbis aquam spelunce tangens ali/
quarum aquarum virtutes in suis operibus

25
expressit . Post quem Orobasiſus antiquus
philiſicus eorum balneorum que tunc in vſu
erant nomina & efficacias i decimo operis
ſui libro inſeruit . Quem ſecutus Alcadin⁹
poeta Siculus & facundus : triginta balnea e
legantibus verſibus adornauit . cuiſibet bal
neo xii . verſibus diſtributis : vt etiam ipſo
verſuum numero ſanitarum vniuerſitas &
integritas ſignaretur . Metra vero aque de
ſulfitaria cum iſtis ſtilum aut cōuenientiaz
non habent : quia eius non ſunt . Lauacra
autem ordonici : de ſcrofa ſancte Lucie : &
ſancte crucis : poſt iſtos reperta : quidaꝝ ver
ſibus non ſtantibus & male cōpoſitis ſcripſit
de quibus omibus preter preſcriptos verſ⁹
Euiſtaſii de materia : cum non reperimur ali
am q̄ vt ſupra mentionem : facere non potui
nec eos inſeri in hoc opuſculo . In hac autē
proſa quedam virtutes : quas poſtea experi
entia docuit : et quatuor alia balnea ac ſuda
torium Trituli nouiter reperta addita ſūt
Sed quia dicta balnea in littore Bayarum :
& a falerno ſeu poſtripo monte vſq; ad pro
montorium Miſeni ſita ſunt . & in eiſdem

locis plura alia memoratu digna reperiuntur: de singulis aliquales mentionem facere intendo: ut et hi qui balnea & lauacra. aut necessitate: aut animo recreationis videre voluerint: etiam de aliis noticiam habere possint: propter rerum antiquarum memoriam: et ut ea penitus non aboleantur.

De Miseno promontorio.

Misenus promontorium est: in extremitate Bayarum. Et dictus est Misenus a Tubicene Enee: ab ipso Enea occiso atque ibi sepulto. Refert enim Seruius: quod Eneas volens illic mortuorum animas ab inferis euocare: quod sine hominis occasione fieri non poterat: occiso Miseno: sacra ista compleuit. Ante enim aduentum Enee in Italiam mons ipse Aereus dicebatur. Sic inquit Virgilius. in. vi. Eneydos dicens. Monte sub aereo: qui nunc Misenus ab illo Dicitur: eternumque tenet per secula nomen.

De Cripta Tragonaria.

N huius montis Misēni radice vēsus
 Marimen Insulaz Cripta est: & in tu/
 fo ipsius montis excisa: ex opere albario tu/
 nicata: que Cripta Tragonaria vulgariter
 nūcupatur: in quam plunie omnes ipsius p/
 montorii ad vsum potus inhabitantium de/
 fluebant. Et dicta est Tragonaria a traco/
 nibus: sunt enim tracones meatus seu cursus
 aquarum subterranei: .

De Turri Pharonis .

N hoc promontorio fuit olim turris:
 Pharo: que de monte lumine suo por/
 tum nauigatibus ostendebat.

De Portu Iulii

Vxta hunc montem pōrtus olim fuit
 quem veteres portum Iulii vocaue/
 runt: nunc autez vulgo portus maris mor/
 tui nuncupatur. Hunc portum Iulius Cē/
 sar effodi fecit: & terraz in mare conuertit:
 vt inuuit Oratius in poetria sic dicens:

Receptus .

Terra neptunus classes aglonibus arcet
 Regis opus: sterilisq; diu pal9: aptaq; r̄mis:
 Vicinas alit vrbes . Vbi glosa .

Neptunus idest mare: receptus terrā idest
infra terrā. quod supple fuit Regis opus. i.
Iulii Cesaris tunc regnantis: arcet classes a
quilonibus idest arcet aquilones. i. ventos a
classibus idest nauibus. Hic portus vt dicit
Iuuenalis Satiricus: Vix naturalem aliquē
parem habet. quoniam hinc inde duob9 bra
chiis est naturalis tuffi conclus9: quorū vnū
respicit putheolos & Nesidam: aliud Surre
tum: & Insulas Caprearum. In huius The
tri seu Cripie Tragonarie capite mons est
Misenus vt gilbus. Hec duo brachia ma
ri vndiq; abluuntur: vnum mari Bayarū:
aliud mari prode seu Iscle. In huiuspor
tus fauce Iulius Cesar ad repellendos ma
ris Impulsus molem fieri mandauit: ne
procellarum impetus in nocumentum na
uium nimium licenter intraret. Quod
autem portus iste Iulii diceretur confir
matur per verba Suetonii sic dicentis. Vi
nginti seruorum milibus manumissis ad re
munerandum portum Iulii apud Bayas.
Quod turris Pharo fuerit olim in ipso pro

27
montorio Miseni : & portus ipse duo bra-
chia haberet : & in fauce portus esse molus
confirmat Iuuenalis Satiricus dicens.

Tandē intrat positas iclusa p equora moles
Turri he namq̃ pharum : porrectaq̃ bra-
chia rursus . relinquant.

Que pelago occurrunt medio non longe
Italia non sic igitur mirabere portus .

Quos vera dedit : .

De Vacculo oppido .

Acculum locus fuit Herculis olim a
Bays non longe : dictuz sic a vaccis ani-
malibus seu bobus . quod hercules olim de-
uicto Gerione Maioricarū Rege : de His-
pania rediens : & per Bayas transitum faci-
ens : ibi constituit hoc oppidum . Seruius
Baculeos vocat . De quo Cornelius tacit⁹
dicit : q̃ bayanum locum : montemq̃ Miseni
flexo mari alluitur . In hac villa Nero
Cesar : olim existens : Agrippinam matrem
suam : vt eam occideret : litteris euocauit : vt
refert ipse Cornelius .

De pissina mirabili Neronis .

Iffine Neronis non procul a bays oliz
fuerunt: que vulgo pissina mirabilis
dicitur non multum a vacculo distans. Has
Nero incipiēs: continuare proposuit ab eo
loco quo incepte fuerunt: vsq; ad lacum A/
uerni: vt Innuit Suetonius de gestis Nero
nis: dicens: Inchoabat pissinaz a Miseno ad
Auernum lacum protentam: porticibus q;
conclusam: vt quicquid proximis bays cali/
darum aquarum esset: contineretur. Quod
autem he pissine fuerint Neronis: Innuit
Cornelius tacitus libro. xv. denotans: q;
mater Neronis Agrippina procurabat q;
Nero ipse adoptiuus Claudii esset & pro
Consule ac Imperio succederet: apud pissi/
nas morabatur. Vnde in persona Agrippi
ne sic ait. Nero pissinas Baiarum suarum ex
colebat. cum meis consiliis adoptio & pcon
sulare ius: & etiam adipiscendo Imperio pa
rarentur.

De Baiarum littore.

Aye litus est recuruum in Campania
& portus pulcherrimus in meridio/

nalem zonam respiciens : post Ciuitatem
 Cumarum . quod litus semicirculi formam
 habens in modum theatri infra eius ambi-
 tum mare recipit . quod mare Bayarum di-
 citur Et vocate sunt Baye a baiulandis mer-
 cibus . Vel ut dicit Seruius: a bayo Vlixis
 socio ibi sepulto . Harum baiarum sinum lau-
 dat & cōmendat Oratius in primo Episto-
 larū inter ceteros sinus orbis sic dicens.

Nullus in orbe sinus bays p̄lucet amenis .
 De hoc baiarum litore & de suis tepentib9
 fontibus dicit Anneus florus in suo ephito-
 matum libro .

Et tepentes fontibus Baye .

De villis Seruuli & Varie.

Eruuli villa non longe a Cumis est:
 vt Innuit Seneca ad Lucillum libro

septimo :

Varie villa inter Cumas & villam Seruuli
 situatur a possessore eiusdem nominis sic
 dicta . Vnde Seneca ad Lucillum dicto li-
 bro septimo sic ait. Inter Cumas & Seruuli
 villaz varie curuatur . & hinc mari: & illinc
 lacu veluti angusta ita claudit̄ . Hanc villam

Seneca libro: quo sup̄ describit Lucillo hoc modo. De ipsa villa lucilli virorum optime nihil tibi possum certi scribere: frontem enī eius tantū: & exposita que ostendit transeuntibus.

De duabus speluncis.

Pelunce sunt due magni operis: cuius laxo atrio: paries manufactus quarum altera solem non recipit: Altera vsq; in occidentem a Sole tenetur: Prata bona: medius riuus: A mari & acherontino lacu receptus: in rupis modo diuidēs alendis piscibus: etiam si assidue exhauriatur sufficiens. Hoc tamen est cōmodissimum in villa: q̄ Bayas transparentem habet: incōmodis illarum caret: voluptatibus fruitur: sequitur enim fauonio: & illū adeo excipit: vt neget baye.

De Villis Marii & Pompei ac Cesaris.

Arii & Pompei ac Cesaris ville fuerūt olim apud Bayas: in loco posito eminētī. probat id Seneca ad Lucilluz libro secūdo dicens: Consules Marius & Gneus

29
Pompeius: et Cesar extruxerunt quidem villas i regiōe Bayana: sed illas imposuerūt summis Iugis montium . videbantur enim hic magis militare ex edito idest alto spelū/ cari: late longeq; subiecta . Et sequit̃ . Quaz positionem elegerint: quibus edificia extruxerunt locis: & scies non villas esse: sed ca/stra . De villa Iulii dictatoris loquitur i speciali Cornelius tacitus libro . xv. dicens Iuxta viam Miseni editissima idest altissima prospectat .

De villa Pisonis.

Pisonis villa in Bais etiā fuit locus amenus: balnea habens accōmoda . pro cui9 ville amenitate & balneorū cōmoditate Nero frquentissime accedebat: vt inuit Cornelius tacitus libro quo supra dicens . Apud Baias in villa pisonis: cui9 amenitate captus Cesar: crebro ventitabat ibiq; ad balnea & epulas ibat .

De Tripergula superius dictum est .

De Auerno Lacu .

Vernus lacus est in Tripergulis quē vulgus lacum Tripergule dicit .

Hic vt refert Seruus olim fic filuarum de
fitate ambiebatur: vt exhalans inde per an/
gustias aque sulfurate odor grauiffim9 vo/
lantes aues prope necaret . Vnde & auer/
nus dictus est: quod interpretatur sine dele/
ctatione . A enim grece sonat sine: vernos
vero delectatio . Quam rem Cefar intelli/
gens: filuis excerptis ac deletis: ex pestilen/
tibus amena reddidit loca . Nonius Mar/
cellus dicit : q̄ Auernus idcirco appellatus
fit : quia odor eius aibus infestiffimus: vt
dicit Lucretius. Et Virgili9 i. vi. Eneidos.
Vnde locū graui dixerūt nomine Auernū
Auernus ergo dicitur quasi aibus odor no/
cens . Hic lacus vt dicit Seruus dolea vo/
catur : eo q̄ dolose oleat : cuasi dolens olea :
doleas siquide; grece dolose interpretatur.
Nascitur autem lacus hic scdm eundem Ser/
uum de estrariis acherontis : nec mirum:
quoniam acheronta grece sine gaudio inter/
pretatur . Auernus vero sine delectatio/
ne. Qui enim est sine gaudio: necesse est
vt sine delectatione persistat . . .

30

De lacu Lucrino.

Isti vero lacus auerni nec nō & alteri
us qui lucrinus dicitur: fauces Octavi
anus Augustus aperiri fecit: vt p̄ eas aqua
maris ipsos lacus ingrediens: pisces redde
ret meliores: & ipsorum lacuum aqua cum
marinis fluctibus se quandoq; ad alueum
retrahentibus exundaret. quod autem ma
ris aqua in Auernum et lucrinum fuerit in
missa: probat Suetonius tranquillus li. ii. di
cens Inmisso in lucrinum et Auernū lacū
mari. Et Iulius Anneus florū. li. primo
dicit. Lucrinus et Auernus quidem maris
ocia. vbi glosa. In lucrino & Auerno aqua
maris que in eos ingreditur ociatur.
Hunc lacum Virgilius lacum nigrum vo
cat: hoc est profundum: seu reuera ni
grum inferiorum vicinitate. Secus hunc
lacum versus Austrum vorago olim fu
it magnum hiatus habens: per quam
cristum dictum est ad inferos descendis
se & animas inde credo traxisse. Quod
probat Eustasius sic dicens: . .

Est locus australis: portā quo xps Auerna.
Fregit: & eduxit mortuos inde suos.
Hanc voraginem in. vi. Eneidos hoc modo
describit Virgilius.
Spelūca alta fuit: vastoq; īmanis hiatu
Strupea tuta lacu nigro nēorūq; tenebris
Quā super haud vllē poterāt īpune volātes
Tendere iter pēnis: talis sese alit9 atris
Faucib9 effundēs supera ad cōnexa ferebat
Vnde locū graui dixerūt nomīe Auernum
Vbi glōsa. Spelunca .i. antrum seu vorago
alta .i. profunda fuit. strupea. i. lapidea. im
manis idest magna: vasto hiatu .i. cū magno
ore & amplo: tuta idest circūdata. s. ab vna
parte: lacu nigro. i. profundo. q; pro & tuta
etiam ab alia scilicet parte tenebris nemorū
.i. nemoribus seu siluis tenebrosis et densis.
super quam scilicet speluncam seu voraginē
haud vllē .i. nulle. volantes hoc est aues po
terāt tēdere iter pēnis idest poterāt volare
impune. i. sine lesione. quin fetore supple sul
fureo qui exibat de voragine morirentur.
Vnde subditur talis alitus: idest talis fetor

effundens idest exiens de atris faucibus
 idest de illa voragine. sic obscura. ferebat
 idest eleuabat sese ad supera conuexa. idest
 ad celum quod conuexum est et arcuatum:
 vnde idest propterea. q̄ de ipsa voragine:
 talis fetor exibat: graui idest greci dixerūt
 idest vocauerunt. locum scilicet illuū Auer
 num: nomine idest a nomine siue a rei pro
 prietate. Nam vt dictum est sine delectati
 one interpretatur . . .

Hec vorago dicitur atria ditis. idest os In
 ferni: que diebus ac noctibus stat aperta.

Vnde Virgilius .

Noctes atq̄ dies patet atri Ianua ditis.

Cuius ingressus leuis est . Vnde Vir
 gilius vbi supra .

Facilis descensus Auerni .

Sed reuocā gradū supasq̄ euadeŕ ad auras.

Hoc opus hic labor est .

De lacu maū facto Iussu Nerois .

B hoc lacu auerni vt dicit Sueto . li. vi.

vsq̄ ad hostia tiberina: vt nauib9 ire ē:

c. ix. miliaria lōgitudis. latitudis vero q̄ due

quiq̄ r̄mes cōtrarie cōmeaŕ possēt. ichoauit

quorum operū p̄ficiendorum gratia homi-
nes ubiq; multatos ac etiam scelere conui-
ctos: ad id opus deputari precepit. Ad qđ
opus faciendum impulsus est per Equitem
Romanū: pro comperto asserentem: eū po-
sse molimine modico imensas & reconditas
opes: quas Dido Regina de Tiro aufugiēs
in Affrica vastissimis & profundissimis spe-
cibus terre absconderat. Sed opes ipsas pre-
ter falsam spem quā habuerat reperire non
potens: consumptis omnib9 in vtraq; fossu-
ra: exhaustus iam factus et egens: detraxit
stipendia militibus veteranis. per que incō-
moda calūnis appulit animū rapinis. Cor-
nehus tacitus li. xv. de hac fossa mentionem
faciēs: dicit: qđ Seuer9 & Coler architecto-
rie artis fabri: quibus ingenium et audacia
erat: etiam q̄ natura denegasset: posse tēp-
tare per artem. Neronis viribus illudentes
a lacu Auerno: vsq; ad hostia Tiberina fos-
sam nauigabilem se promiserant depressu-
ros: squalenti interdum littore: et per mon-
tes aduersos: interdum. pro cui9 aque pleni-
tudine aquisq; gignendis nullū aliud huidē

occurrerebat : q̄ pontine paludes : cetera vero erant abtrusa seu arentia : Nero vero erat incredibilium cupitor : et fodere proxima Auerni iuga confusus est : manentq; vestigia irrita spei : et reuera oia circa Auernum iuga cauis amfracta : occissime sunt effossa : vt credatur ibi fore cecitas et indicatio laborinti : nec absurde cum ysidorus Etimologiarum xvi : dicat : q; vnus decem laborintium : in Italia debet esse : quod credibile est : cum Dedalus qui vnum fecit in creta : iram Minois fugiens et minas : Cumas perueniens similem potuit comperisse :

De monte Gauro seu Gualdo :

Ons est preterea : ab Auerno non pcul : qui Gaurus et Gualdus vulgarter nuncupatur : Huius radices ad Cumam agrum et Auerni labra : et Bayarum latus se porrigunt : Hic vites ita feracissimas gignere perhibetur : q; bis annis singulis racemorum prouentus impendant : Quod innuit Anneus florus in Epithomate dicēs : Bis amictus vitibus Gaurus : vbi glosa : Bis in anno Gauri amiciuntur propagines vuarū

racemulis vestiuntur : Hic mons quasi suffo-
ssus extitit : vnde Iuenaſ Satirꝑ Satira ix :
Te trifolius ager fecundus vitibꝑ implet :
Suspectumqꝑ iugū Cumis et gaurꝑ inanis
ideſt vacuus et effoſſus : Cuius littus quod
ad Bayas extenditur : hoſtrea magna labat
que a loco montis gaurana dicuntur : vnde
idem Iuuenalis Satira viiii :
Summū crede nephaſ animā p̄ferre pudori
Et propter vitam viuendi p̄dere cauſas
Dignus morte perit : tenet lz hoſtrea cētuz
Gaurana : et coſmi toto mergatur aeno :

De vico Cambre qui
hodie Campana dicitur

D huius montis radicem ab occiden-
te in orientem accessus olim vicus fuit
Cambre dictus meridiem respiciens : nunc
vetustate consumptus : Et erat dictus Cam-
bre quasi camere : Nam locus erat vbi came-
re et apotheca multe erāt : In quibus naues
Putheolani et Miseni Bayarumqꝑ portuuz
onus suum deportandum : per alias regio /

nes Italie deponeretur: Hic vicus nunc cor-
rupte a circumposite regionis hominibus no-
minis vetusti ignaris Campana vocatur: eo-
q; Campani idest Capuani a Cumanis ibidē
dicuntur esse conflicti: ob cuius conflictus
memoriam est historia composita: Cambre
dicta: que a magistris in scholis frequentissi-
me scolaribus dicebatur: vnde Iuuenalis Sa-
tura: vii:

Occidit miseros cambre repetita magistros

De ciuitate Cume

T quoniam ciuitas Cume antiquissi-
ma sub huius montis Gauri radicibus
et vicina Auerno posita est: et ab Euboen-
sibus condita tempore Solonis philosophi:
Atheniensis et Assonis lacedemonii: condi-
torum legum: prout attestatur Titus liui-
us viii libro ab vrbe condita: que propter
augurium mulieris pregnantis et dormien-
tis inuente Ciuitati nomen dedit: Cume e-
nim grece latine dormire significat:
De eius vrbis conditoribus plenius videri

potest : in libro cronicarum Ciuitatis Nea-
polis et huius Regni Sicilie ne de eadem
omnino sub silentio pretereatur : aliqua q̄
in vita Homeri poete scripta sunt per Pere-
grinum allium ex libro vitas plutarchi hic
miseram : Cecus igitur cum esset Melese-
nes qui postea Homerus dictus est a Cuma-
nis : cum igitur ex Colophone Smirnam
rediit : atq; ibi poetice facultati operam da-
re aggressus est : verum cum procedente
tempore magna illic cum difficultate vitam
ageret : Cumam se conferre constituit : p̄-
fectus itaq; per Herini campestria Neothi
cum peruenit Cumeorum Coloniam : habi-
tari autem hic locus annis octo post Cumaz
conditam ceptus est : Ferunt hic cum esset
cum forte ad officinaz cerdonis cuiusdam ac-
cessisset : astantem illum hos primum ver-
sus pronunciaſſe :

Obſeruate vrium victuq; domoq; carentē
Qui colitis celse florentia menia Cume
Cume Sardenes poſite in radicibus alte
Quiq; ſacros latices diuini ſumitis hermi

34

Verticibus rapidi peperit quē Iupiter ānez;
Est autem Sardene mons : fluuio imminēs
Dicunt etiam populum quem ibi postea cre
uit eo tempore quo Melesegenes ad eos p
uenit pullulasse : Ille autem postea tedio
paupertatis affectus : Cumam petere sta
tuit : si forte ibi esse tollerabiliore conditio
ne posset : Sed anteq̄ recederet : hoc sibi di
sticho fertur iter auspicatus

Ite citi patrumq̄ pedes me ducite in vrbez
Prompti animo qui sunt consilioq̄ boni
Profecto Neothico per Larissam Ciuita
tem : breui et expedito itinere : Cumam p
uenit : atq̄ vt Cumei dicunt : Myde phri
gie regi Gordio propinquorum rogatu hoc
epigrama composuit : quod quidem in Co
lumna : monumenti Gordii etiam nunc in
scriptum est :

Epithafium Myde

Enea virgo myde phrigii supacto sepulcro
Dūq̄ fluāt vnde proceraq̄ germinet arbor
Solq̄ oriens niteat : niteatq̄ argētea phebe
Stās sup hoc multū lacrimabile nūcia bustuz
Hic ostēdo Mydaz venientib9 esse sepultū

Hinc Melesegenes Homerus dici ceptus a
cecitate : Cumei liquidem cecos homeros
appellabant : Quare cum prius Melesege
nes vocaretur : longa postea consuetudine:
vero abolito nomine Homeri cognomen in
ualuit : licet diutius apud aduenas et pere/
grinos nominis error insederit : Deceuit
igitur eius ordinis presul ne Homerus nu
triretur : idq; demum vniuerso consilio pla
cuit : Egressus deinde curiam Homero
sermone inter eos habitos : deniq; quid ip
se de consilii sententia deceuisset : exposuit
Que cum Homerus audisset : magna tristi
cia affectus : versibus his vicem suam de
plorauit

Qua nam sorte dedit fati me Iupiter esse
Ludibrium puero tribuens alimēta parētis
In gremio eolidis Smyrne : quā trib⁹ altis
Consiliis struxere Iouis populi añ phriconis
Fulmina bellorū victricia : doctaq; turba
Insiliisse in equos pugnamq; ctere sub armis
Quā penes vndisoni surgentē litora ponti
Ipse meles mediam liqdis interfluit vndis
Vnde Iouis nate veniebant semine muse

Has laudār plagas urbēq; extolleī ad astra
 Inclita ni sacre spreuissent carmina vocis
 Atq; aliqs penas dabit et post noscet iniquas
 Stulticiam peperisse malū mihi dedec9 vrbi
 Ast ego quā nato tribuerunt numina sortē
 Nec cū diis luctor totā patienter et equa
 Mente ferā : s; nō hac ampli9 īmorer vrbe
 Spes alio properat: populūq; inuisere gestit
 Fertq; animus tenuē : quis nō multa potētē

De combustione insule Iscle

T licet in hoc libello de Ciuitate Pu
 theolorum et locis conuicinis scribere
 propositum sit : tamen quia insula Iscle etiā
 vicina est : aliquid de eadem dicēdum vide
 tur : maxime de eius destructione : Nam o
 lim in anno a natiuitate dñi M:CCC : pri
 mo Regnante in hoc regno Sicilie rege Ca
 rolo secundo : in dicta insula Iscle vicina in
 sule proci de exiuit et processit ex venis ter
 re ignis sulfureus : qui magnā ipsius Insule
 partem consumpsit atq; combussit quasi vsq;
 ad Ciuitatem Iscle que tunc Gerunda nomi
 nabatur : ex quo igne multi homines et ani
 malia cōsumpti fuerūt : et ex ea peste perie

runt : que duobus fere mēſibus perdurauit
multiq; ex eiſdē vt hāc peſtem effugerēt in
ſula ip̄a derelicta aliq; ad vicinā inſulā p̄cede
alii ad inſulā Capreā alii Bayas Putheolum
et Neapolim cōfugerunt : Cui⁹ ignis vſq; in
hodiernum diē veſtigia remanēt : nec in eo/
dē loco herba vel quodcūq; aliud virēs naſci
tur : et loc⁹ alicui rei cōmod⁹ ē : ſ; aſp et in /
cult⁹ : durās quaſi p̄ duo miliria in lōgitudi
ne : et p̄ mediū miliare in latitudine : et vul
go dicit le cremate : q; aut dicta inſula ſulfu
reas habeat venas : adhuc videri pōt ex bal
neis et termis ſulfureis : ſulfureq; et alumi/
nib⁹ in ea his tp̄ibus facta ſunt et fiūt : in
extimabili quantitate et precio : et balnea
ac lauacra ad recreationē infirmorū et plu
rima et vtiliſſima :

De Sybilla Cumana filia Glauci :
cui⁹ palaciū iuxta Auernū ſitū eſt :
Ibilla dicitur : cuius pectus numen re
cipit : et interpretatur Sybilla dei ſen
tencia : Eoles enim deum ſyos dicunt : be/
le vero ſentencia : ergo Sybillas quaſi ſiui /
bulas dixerunt : Hoc longe clarius beatus

Augustinus scribit li: xviii: de Ciuitate dei
 capitulo xxviii: Et papias Sybille lingua
 greca dicuntur omnes femine vates: Vt
 Varro testatur: scios eolico sermone deus
 dicitur: bilem greci mentem dicunt: In
 de Sybilla: quasi dei mens vel sententia: eo
 q̄ hominibus diuinam mentem seu volun
 tatem interpretari solebant: Hoc etiam fa
 tetur ysidorus: viii: ethimolgiarum: Inde
 est illud Virgilii in vi: Eneydos
 Arces quibus altus Apollo
 Presidet: horrēdeq; procul secreta Sybille:
 Antrū in mane petit: magna cui mētē aiūq;
 Delius inspirat vates: aperitq; futura:

De nominibus et
 numero Sybillarum

Ecem Sybille a doctissimis doctorib9
 fuisse traduntur: Prima de persis Se
 cunda libica: Tercia Delpbica: Quarta chy
 meria: Quinta Erithea in babilonia nata:
 Sexta Samia: a samo insula vocata: Septi/
 ma Cumea Almita vel Amaltea nomine:
 Octaua Hollespontica in agro Troyano na
 ta: Nona phrygia que vaticinata anchise:

Decima Tiburtina grece latin Albunea vocat De Tercia Delphica dicit Solin9 in:iii: libro de mirabilib9 mudi:capitulo ii:de Sybillis:Delphicam Sybillam in templo Delphici Apollinis genitam ante Troyana bella de eisdem vaticinatam bothus perhibet: et eius versus plurimos Homerū operi suo inseruisse manifestat:

De quarta Erithea:que eri filia fuit:et ideo Erithea dicta:appellataq; Sybilla a scientie paritate:dicit ipsam inter alia mpto añ per sis pdixisse:Assirios impiū maris amissuros
De quinta Cumama:que post Delphicam et Eritheam:Cumo loco fuisse natam:ipsa sui nomine ac rei series probat:Hec vocata fuit Aliana lithra Glauci filia:huius sacellū vt ideu Solinus testatur:prope Auernū situm est:Que vt voluit Seruius:regnante Seruio Tullio:Quinquagesimo olimpiade Targno prisco obtulit nouē libros:in qbus fata & remedia Romanorū descripta erant pro quib9 poposcit Trecētos philippos:qui tunc aurei preciosi erant:qua contempta a Tarquino:et parcius precium offerente:

sequenti die tribus iam p̄ eam combustis :
reuerſa : ex ſex q̄tū ex nonē petierat : conui
cto qā preciū nō mutauit : accepit : i ſex libri
Sybille olim in tēplo Apollinis cū aliis li
bris marchiorum et vegolyes nymphe ſer
uabantur

Sciendū ſane libros Sybille a principio decē
custodib⁹ fuiſſe assignatos : et deinde addi
tos quindecim : vſq; ad tpa Syllana : poſtea
creuit numer⁹ . nam ſexaginta cuſtodes fu
iſſe narrant : demū ad q̄indecim ipſorū li
brorum cuſtodia reducta ē : ex hui⁹ Sybille
libris vſq; ad tēpus Sylle pontifices maximi
cōſulebāt : tūc eniz cū Capitolio exuſti ſunt :
Huius Sybille Cumane ſepulchrum in Sici
lia adhuc manet : in oppido cui nomen eſt
Lilibeum : vt narrat idē Solinus libro quin
to : ſic dicens : Lilibeum oppidum dictū vbi
eſt Sybille ſepulchrum :

Hec Sybilla vt dicit Seruius ſuper libro bu
colicorum Virgīlii : ſecula per metalla diui
ſit : diffmit etiā quis finē ſeculo imponeret :
et Solem vltimū : id eſt decimū eſſe voluit
Dixit preterea : q̄ finitis omnibus ſeculis :

rursus debebant omnia renouari : quam rez
etiam philosophica disputatione collegit : di
cens : q̄ completo magno anno : qui in trigi
ta sex milibus annorum perficitur : omnia sy
dera in ordinem priorem redire : et ferri
rursus eodem motu debebant : Arguens q̄
si est idem syderum motus : necesse est oia
que fuerunt habeant eandem iterationem :
Que etiā fuit opinio Platonis : huius opinio
nē sequitur Virgili⁹ in libro bucolicorum : di
cēs reuerti aurea secula : et iterari omnia q̄
fuerunt vnde ait :

Ultima Cumei venit iam carminis etas
Magn⁹ ab integro seculorū nascitur ordo
Iam redit et virgo : redeunt sātia regna :
Eadē Sybilla vt volūt quidā iter quos fuit
Augustin⁹ : de xp̄o prophetauit sic dicens :
Iam noua p̄genies celo dimittitur alto
Tu modo nascētī puero : quo ferrea primū
Desinet : et toto surget gens aurea mundo
Quos versus postea Virgilius quarte elo
ge bucolicorum inseruit :
Dicitur Sybillam in foliis palmarum scribe
re solere interdum vitas : et semones inter

38 37
dum: Varro testatur et Virgilius
Et sciendum q̄ omnia responsa Sybille vt
dicit Seruius: non plus minus ve centum
continēt sermones: vnde Virgilius in sex/
to Eneydos:

Quo lati ducūt aditus cētum hostia centum
Vnde ruunt totideꝝ voces responsa Sybille

De patre et matre Sybille Cumane
Sybilla Cumana fuit filia Glauci & Dy
ane sacerdotis: quod confirmat Vir/
gilius in vi: Eneydos sic dicens

Atq̄ vna phebi: trineq̄ sacerdos
Deiphebe Glauci: faturq̄ talia Regi
Hec namq̄ Sybilla: Enee petenti hoc mo
do respondit:

Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit:
Nūc grege de itacto septē mactare iuuecos
Prestiterit: totidē lectas de more bidētes
Talibus affata Eneam

Hec eadem Sybilla: vt fingit Virgilius re
spondit Enee petenti descēdere velle ad in
feros. vtaureum ramum de silua Iunonis
Auerne excerpere: vt patet in vi: Eney/
dos vbi sic dicit:

Quod si tātus amor mēti si tanta cupido est
Bis stignos nare lacus bis nigra videre
Tartara : et insano iuuat indulgere labori
Accipe que pagenda pri⁹: lat⁹ arbore opaca
Aureus et foliis et lento vimine ramus
Iunoni Auerne dictus sacer hūc tegit omnis
Luc⁹: et obscuris claudūt cōuallib⁹ vmbre

Quo facto : cum eo ad iferna descendit : et
ea docente omnia infernalīa plene nouit :
Eneas iussu Sybille : hoc est voluntate et
dispositione diuina : ramo aureo excerpto :
idest ista deliciofa mundana : de silua Iuno/
nis Auerne: idest de huius vite confusione :
que silue dense propter tenebras comparan/
tur : ad inferos descēdit: hoc est multis mū/
di partibus peragratis : nauigio tandem ad
mare inferum nauigauit : Cum hac historia
Enee duximus annotandum : quod pictago/
ras famus ad exemplum huius vite notauit :
vbi Y grecum cum duobus ramis descrip/
sit qđ duos hab⁹ ramos duas vitas designās :
slic⁹ virtuofā : et vitā deliciofā : ⁊ ramus
dexter ardu⁹ est: et p eū vita virtuofa dat

intelligi : per sinistrum vero qui planior est
 labes ac interitus : ac descensus ad inferos
 denotatur : hunc ramum sinistrum describit
 Virgilius aureum esse : hoc ideo : quia om
 nis vita deliciofa aurea esse videtur : sed ei9
 finis aculeum habet . Hunc etiam ramum
 Virgilius in siluis latere describit : quia re
 uera i huius vite silua idest confusione vicia
 latent : quibus ad inferos est descensus : Ad
 quos si quidem nullus potest descendere :
 nisi prius decerpserit fructum aureum hu
 ius rami vnde Virgilius in eodem vi : libro
 Eneydos dicit

Sed non ante datur telluris optata subire
 Auricomos q̄ quis decerpserit arbore fet9

Ingit Ouidius in viiii : libro Metha /
 morphoseos : q̄ Sybilla in vocem con
 uersa fuit : hoc voluit innuere propter eius
 scientiam diuinorum : ei9q̄ builitatē p̄cipuā
 Dum vero post mortem vox est humana lo
 cuta Habet enim figmeutū poeticū . Quod
 Eneas visis infernalibus : cum Sybillam de
 am vocar3 : et tēplū ei faceret : ac sacrificia se
 sibi facturū offerre3 : ab ea talia verba audiuit

Dea non sum : nec thuris honore venerāda
sum : sed humana sum : humanum igitur di
gnare caput : Audiuit etiam ab ea hec verba
Audi Enea que refero : Si mea virginitas
amare phebū potuisset : mihi vita longe/
ua sine caritura dabatur : Sed dum phebū
precaretur ab ea : ipse respondit : Elige Cu
mea virgo quod optas : et optatis pone mo
dūq; tuis : dixit Cumana : Ego vero cumu
lum aucti pulueris sibi demonstrans : peti
vt tot annos mihi concederet : quot corpo
ra puluis ille habebat : Quod recepissem ab
eo si ipsum mee virginitatis participem fe
cissem : quia igitur munus phebū contempsi
et elegi virgo manere : non extiti quod pe
titi consequūta : Hoc autem ideo factum esse
arbitratur : quia cum Sybilla a quodam sui
temporis litterato in coniugem peteretur
qui per phebū deum musarū datur intel
ligi : sub promissione longę vite : spreto
promisso se illi in coniugem denegauit :
Hoc autem figmentum istud indicat verita
tis : Sibilla si coniugali copula se ligasset : vt
tam sibi diutinam propagasset : nā vt dicit

40
Augustinus. Ex connubio propagantur
creature. Ideo autem Sybilla potius vo-
luit viuere virgo: q̄ p̄bebo coniungi. Cum
filia Glauci piscatoris esset: ignobilis gene-
re virginitate nobilitare se voluit. Nam
virginitas: vt dicit Ciprianus: est exaltatio
humilium: ignobilium nobilitas: & nobilium
ornamentum.

Fertur etiam q̄ Sybilla Enee quedam de
se pronostica propalauit: dicens. Tempus
erit: quo de magna parua deueuiam: & mē-
bra mea consumpta senect̄a ad nihilum redi-
gentur. Tunc amata a p̄bebo: nec ei pla-
cuisse videbor: & tandem a nullo visa dissol-
uar. tunc sola voce: & non visione cognoscar.
mor̄sq̄ pallida voce: mihi tantūmodo dere-
linquet. Et adueniente egra & inualida se-
nectute: quam diuine patiar. post mortem
numeros exaucti pulueris adequabo.

Allegoria. Parua de magna Sybil-
la esse confingitur: cum ad senectutem de-
ueniens & in ea diu persistens: corporis in-
ualitudine: fortitudinis vires amisit.

Tunc siquidem in vocem conuersa fingitur

f

cum post mortem eius de ea: scientiaq; ipsi-
us omnis est humana lingua locuta. per qua
vocem locutionem & famam annos reuera
exaucti pulueris adequauit .

Ferunt enim Sybillam: hoc est libros suos
ab eo vt dictum est tempore quo eos Tar-
quino assignauit: trecentis annis in vrbe du-
rassent: donec vna cum capitolio sunt exusti .

De Clauco patre Sybille .

Laucus piscator fuit cuiusdam Ante /
donis filius de ciuitate Cumarum pa-
ter Sybille. hic cum illis temporibus in Va-
riis villa non procul a Bayano lacu. contra
inhibitionem principis piscaretur: quia e-
dictum contempserat: pisces adhuc palpitan-
tes in mari fuere reiecti: ipseq; postmodum
iratus in mare se demersit . Quod Innuit
Valerius Marcialis epigramatum: decimo.
hortans piscatores quos libet: vt p piscatiois
miseriis ab illo loco fugiendo recedant: cum
illi pisces sacri sint: illiusq; existant: quoin or-
benullus est maior . . .

41

Vnde ait Marcialis, hoc modo .
Bayano procul a lacu recede piscator .
Fuge ne voceris . & cetera .
Hanc Glauci materia n̄ Ouidius in libro
viii. Metamorphos̄os : ne Sybille fame
destrahere videretur . in aliud figmentum
poeticum transmouit . quod hic cum non
faciat ad hunc libellū inserere pretermisi :

De Sybilla Tiburtina .

Est Sybilla Tiburtina dicitur . q̄ Saul
Rex regnavit annis quadraginta duo
bus vsq̄ ad dauid . Dauid autem Rex reg
navit annis quadraginta duobus . In ipsa au
tem etate venit Sibilla Albunea nomine Ti
burtina . In cuius carminibus multa de deo
& cristo continentur .
Fuit hec Regina Priami regis filia . ex ma
tre nomine Hecuba procreata . Hec cir
citer diuersas partes orientis videlicet Acha
yam : Macedoniam : Herostachia : Agagul
deam : Siliciam : Pamphiliam : & Galaciam :
Cumq̄ hanc mundi partem vacans suis re

pleffet: inde venit Egiptum: Ethiopiam:
bagadam: Babiloniam: Affricam: Libiam:
Panthopolim. Mauritaniam: & Palanirum
Per omnes has prouincias predicauit. et
spiritu prophetie repleta: predixit bonis
mala: malis mala. Scimus namq; quia in pre
coniis suis vera vaticinauit: & que in nonissi
mis ventura erant predixit. Audientes
igitur ciues ac principes Romani famam e
ius: statim nunciauerunt in conspectu Tra
yani Imperatoris. Mittens ergo Impera
tor legatos ad eam: fecit eam cū magno ho
nore in vrbem introduci.

De pulcritudine Sybille Tiburtine.

Rat vultus eius splendidissimus: capil
li eius sicut aurum fulgens: supercilia
eius sicut purpura: oculi eius sicut stel
la clara que matutina oritur ita fulgentes:
Corpus eius gracile: statura equalis: Caro
eius & gula sicut lac: & sanguineus eius color.

De somnio viso per centum
viros ex Senatu Romano.

Vn igitur hec Sybilla in vrbe esset :
centū viri ex Senatu Romāo somniū
vnū in vna nocte singuli viderunt . Viderunt enim in visu quasi nouem soles essēt in celo : qui sigillatim diuisi diuersas in se figuras habebant . Que Sybilla rogata ab eisdem Romanis somnium quod viderant eisdem in monte Apennino resoluit . & futuras nouem generationes designauit . Sed cum interpretatio dicti somni : non sit presentis speculationis : illam & alia que de aliis Sibillis dici possent : hic obmissa sunt vna cum pluribus aliis que addi potuissent .

Sequitur Tabula singulorum contentorū in hoc libello .

Epistola Francisci Aretini ad Pium pontificem maximum . de virtutibus balneorum Putheolorum . Folio secundo .

Regule seruande per volentem ire ad balnea . . f. tercio .

De virtutib9 & opatioib9 Sudatorii . f. iiii .

De bulla Sudatoria . folio . v .

De Astruno :	f. .v.
De uirtutib⁹ balnei foris Criptā	f. .v.
De uirtutib⁹ balnei iuncarie	f. .v.
De uirtutibus Balneoli	f. vi.
De uirtutib⁹ Balnei Petre	f. vi.
De uirtutib⁹ balnei subueni hoī	f. vii.
De monte Olibano	f. vii.
De uirtutib⁹ balnei Ortodonici	f. viii.
De uirtutib⁹ balnei scē Anastasie	f. viii.
De Ciuitate Putheolorum:	f. viii.
De Teatro Putheolorum	f. .x.
De ponte Putheolorū in mari facto per Gayum Cesarem.	f. .x.
Quare Gayus Cesar hunc pontem fieri fecerit.	f. xi.
De Sulphitaria .	f. xi.
De cātarello balneo & ei⁹ uirtutib⁹	f. xii.
De uirtutib⁹ balnei fontane	f. xii.
De villa Ciceronis que hodie Ciceronum dicitur.	f. xii.
De uirtutibus balnei Prati	f. xiii.
De Tripergula:	f. xiii.
De balneis exñtib⁹ i Tripgulis	f. xiii.
De balneo Tripgule seu balneo	

veteri & de eius uirtutibus.	f. xii.
De uirtutibus balnei Colature	f. xiii.
De uirtutibus balnei Arcus	f. xiiii.
De uirtutibus balnei Ranerii	f. xv.
De uirtutibus balnei sc̄i Nicolai	f. xv.
De uirtutibus balnei Scrofe	f. xv.
De uirtutibus balnei sc̄e Lucie	f. xvi.
De uirtutibus balnei Arculi seu Balnei sancte Marie	f. xvi.
De uirtutibus balnei Crucis	f. xvi.
De uirtutibus balnei Succellarii	f. xvi.
De uirtutibus balnei ferri	f. xvii.
De uirtutib⁹ balnei palūbarie	f. xvii.
De uirtutibus balnei Siluane	f. xviii.
De uirtutibus balnei sc̄i Georgii	f. xviii.
De uirtutibus balnei Pugilli	f. xviii.
De uirtutib⁹ balnei olei Petrolii	f. xix.
De uirtutibus balnei Culme	f. xx.
De uirtutib⁹ balnei solis & lūe	f. xx.
De uirtutib⁹ balnei Giborosi	f. xx.
De uirtutib⁹ balnei fōtis Ep̄i	f. xxi.
De uirtutib⁹ balnei Fati.	f. xxi.
De uirtutib⁹ balnei Bracule	f. xxi.
De uirtutibus balnei Spelunce	f. xxii.

De virtutibus balnei Trituli .	fo. xxii.
De Sudatorio Trituli .	f. xxiii.
De virtutib9 balnei finiculi.	f. xxiiii.
De aliis aquis calidis:	f. xxiiii.
Quod balnea oli derelicta fuerit	f. xxiiii.
De balneis Mirtetis .	f. xxv .
Quod Galien9 oli3 balnea viderit	f. xxv.
De Miseno promontorio .	f. xxvi
De Cripta Tragonaria .	f. xxvii
De Turri Pharonis .	f. xxvii.
De portu Iulii seu mari mortuo	f. xxvii .
De Vacculo oppido .	f. xxviii
De pissina mirabili:	f. xxviii.
De litore Bayarum .	f. xxviii.
De villis Seruuli & Varie	f. xxviii.
De duabus speluncis .	f. xxviii.
De vilp Marii Pōpei & Cesaris	f. xxix .
De villa Pisonis.	f. xxx.
De Auerno lacu :	f. xxx .
De lacu Lucrino:	f. xxxi .
De lacu maũ facto iussu Neronis.	f. xxxii .
De monte Gauro seu Gualdo	f xxxiii .
De vico Cambre qui hodie Campana dicitur .	f. xxxiii.

De ciuitate Cume	f. xxxiii.
De Homero qui primo Melesege nes dicebatur.	f. xxxiiii.
De Epitafio Myde.	f. xxxv.
De conbustione insule Ifcle.	f. xxxvi
De Sibilla Cumana filia Glauca	f. xxxvii
De nomib9 & numero Sybillarū.	f. xxxviii
De sepulchro Sybille Cumane	f. xxxviii
De prē & mrē Sybille Cumane	f. xxxix.
De fabula Sybille Cumane.	f. xl.
De Glauco patre Sibille Cumane	f. xlii.
De Sybilla Tiburtina	f. xliii.
De pulchritudie Sybille tiburtine.	f. xliiii.
De somnio viso p. C. Romanos	f. xliiii.

Hoc opusculum relectum & Inpressum
est p Arnaldū de Bruxella in Ciuitate Ne
apolis in renouationē mēorie ciuitatis Pu
theolorū locorūq; cōuiciorū : ac balneorū
& aliarū antiquitatū . Die vltimo mēsis De
cembris. Anno a natuuitate demini . M.
CCCC. Lxxv. . .

. F I N I S .



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.

M I S .

Leaf [46] (blank) missing

46 (blank) missing

★ ★ ARMY ★ ★
MEDICAL LIBRARY
Cleveland Branch

JUN 11 1967

